


FORMULARIUM

O. P.



www.traditio-op.org

TRADITIO SPIRITALIS SACRI ORDINIS PRÆDICATORUM



**FORMULARIUM
BENEDICTIONUM ET ABSOLUTIONUM
AD USUM
FF. ORDINIS PRÆDICATORUM**

R̄MI P. MARTINI ST. GILLET
EJUSDEM ORDINIS MAGISTRI GENERALIS
JUSSU EDITUM
EDITIO SEXTA AUCTA, EMENDATA



**ROMÆ
IN HOSPITIO REVERENDISSIMI MAGISTRI ORDINIS
APUD CURIAM GENERALITIAM
S. SABINA
MDCCCCXXXIX**

APPROBATIO

NOS FR. MARTINUS ST. GILLET

S. THEOLOGIÆ PROFESSOR

AC TOTIUS ORDINIS FF. PRÆDICATORUM
HUMILIS MAGISTER GENERALIS ET SERVUS

Defectu exemplariorum libelli, cui titulus **Formularium benedictionum et absolutionum ad usum FF. Ordin. Prædicatorum**, qui jussu nostrorum Decessorum quinquies typis mandatus est; solliciti fuimus de nova ejusdem editione imprimenda. Cumque etiam Nobis constet formulas liturgicas in hocce libello contentas cum iisdem formulis Breviarii, Collectarii ac Missalis nostri, necnon novissimi Benedictionalis Romani concordare, auctoritate Officii Nostri volumus ut denuo typis mandetur.

In quorum fidem, **etc.**

Datum Romæ, apud Sanctam Sabinam, die 19 Junii 1939.

Fr MARTINUS ST. GILLET O. P.,
Magister Generalis.

L.  S.

Reg. pag. 176.

Fr. Emmanuel Montoto O. P.,
S. Th. Mag. Prov. Græciæ et Socius.

BENEDICTIONES VARIÆ¹

MODUS BENEDICENDI AQUAM, QUA FIDELES
ASPERGUNTUR

Sacerdos utitur Stola violacea.

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Deinde absolute incipit Exorcismum salis:

Exorcízo te, creatúra salis, per Deum ☩ vivum, per Deum ☩ verum, per Deum ☩ sanctum: per Deum, qui te per Eliséum Prophétam in aquam mitti jussit, ut sana-réturn sterilitas aquæ: ut efficiáris sal exorcizátum in salútem credéntium: et sis ómnibus suméntibus et sánitas ánimæ et córporis: et effúgiat, atque discédat a loco, in quo aspérsus fúeris, omnis phantásia, et nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnísque spíritus immúndus, adjurátus per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R.** Amen.

¹ In omni benedictione extra Missam Sacerdos stola coloris tempori (diei) convenientis utatur, nisi aliter notetur.

Orémus.

Imménsam cleméntiam tuam, omnípotens ætérne Deus, humíliter implorámus: ut hanc creatúram salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, bene dícere, et sancti ficáre tua pietáte dignéris: ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis: et quidquid ex eo tactum, vel respérsum fúerit, cáreat omni immundítia, omníque impugnatióne spiritális nequitiæ. Per Dóminum. **R.** Amen.

Exorcismus aquæ, et dicitur absolute:

Exorcízo te creatúra aquæ, in nómine Dei Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu Christi Fílli ejus Dómini nostri, et in virtúte Spíritus Sancti: ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R.** Amen.

Orémus.

Deus, qui ad salútem humáni géneris máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius invocatióibus nostris, et eleménto huic multímodis purificatióibus præparátiō vir-

tútem tuæ bene dictiōnis infūnde: ut creatúra tua mystériis tuis sérviens, ad abigéndos dæmones, morbósque pelléndos divinæ gratiæ sumat efféctum: ut quidquid in dómibus, vel in locis fidélium hæc unda respérserit, cáreat omni immundítia, libe-rétur a noxa: non illic resídeat spíritus pé-stilens. non aura corrúmpens: discédant omnes insidiæ laténtis inimíci: et si quid est, quod aut incolumenti habitántium in-videt, aut quiéti, aspersióne hujus aquæ effúgiat: ut salúbritas per invocatióneM sancti nóminis tui expetíta, ab ómnibus sit impugnatióneM defénsa. Per Dóminum.

R). Amen.

Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:

Commíxtio salis et aquæ páriter fiat in nómine Pa tris, et Fí lii, et Spíritus Sancti.

R). Amen.

. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

D eus invíctæ virtútis auctor, et insupe-rábilis impérii rex, ac semper magní-ficus triumphátor: qui advérsæ dominatió-nis vires réprimis, qui inimíci rugiéntis sæ-vítiam súperas, qui hostíles nequítias po-ténter expúgnas: te, Dómine, treméntes ei

súpplices deprecámur, ac pétimus ut hanc
creatúram salis et aquæ dignánter aspícias,
benignus illústres, pietátis tuæ rore sanctí
fices: ut ubicúmque fúerit aspérsa,
per invocationem sancti tui nómminis, omnis
infestatio immundi spíritus abigátur, ter-
rórque venenósi serpéntis procul pellátur,
et præsentia Sancti Spíritus nobis miseri-
córdiam tuam poscéntibus ubique adésse
dignétur. Per Dóminum... in unitáte ejús-
dem. R]. Amen.

BENEDICTIO ROSARIORUM

V]. Adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini.

R]. Qui fecit cælum et terram.

V]. Dóminus vobíscum.

R]. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens et misericors Deus, qui pro-
pter exímiam caritátem tuam, qua di-
lexísti nos, Fílium tuum unigénitum Dó-
minum nostrum Jesum Christum de cælis
in terram descéndere, et de beatíssimæ
Vírginis Maríæ Dóminæ nostræ útero sa-
cratíssimo, Angelo nuntiánte, carnem su-
cípere, crucémque ac mortem subíre, et
tértia die glorióse a mórtuis resúrgere vo-
luísti, ut nos eríperes de potestáte diáboli:
obsecrámus imménsam cleméntiam tuam,

ut hæc signa Rosárii in honórem et laudem ejúsdem Genitrícis Fílli tui ab Ecclésia tua fidéli dicátæ bene ☩ dicas, et sanctí ☩ fílices, eísque tantam infúndas virtútem Spíritus Sancti, ut quicúmque horum quódlibet secum portáverit, atque in domo sua reverénter tenuérit, et in eis ad te, secúndum ejúsdem sanctæ Societatis institúta, divína contemplando mystéria, devóte oráverit, salúbri et perseveránti devotióne abúndet, sitque consors et párticeps ómnium gratiárum, privilegiórum, et indulgentiárum, quæ eídem Societati per sanctam Sedem Apostólicam concéssa fuérunt, ab omni hoste visibili et invisibili semper et ubique in hoc sǽculo liberétur, et in éxitu suo ab ipsa beatíssima Vírgine María Dei Genitríce tibi plenus bonis opéribus præsentári mereáatur. Per eúmdem Dóminum... in unitáte ejúsdem. R). Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

FORMULA BREVIOR

Orémus.

Ad laudem et glóriam Deíparæ Vírginis Mariæ, in memóriam mysteriórum vitæ, mortis et resurrectiōnis ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, bene ☩ dicátur et sancti ☩ fícétur hæc sacratíssimi Rosárii coróna: in nómine Patris ☩, et Fílli, et Spíritus Sancti. R). Amen.

Si plura sint Rosaria benedicenda Formula pronuntiatur in plurali.

Stola et aqua benedicta ad libitum.

BENEDICTIO ROSARUM

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus créator et conservátor géneris hu-máni, dator grátiæ spirituális, et lar-gítor ætérnæ salútis, benedictiōne tua sancta bene  dic has rosas, quas pro grátiis tibi exsolvéndis, cum devotióne ac veneratiōne beátæ sempérque Vírginis Maríæ ejúsque Rosárii, hódie tibi præsentámus, et pétimus benedíci: et infúnde in eis per virtútem sanctæ Cru^{ifixi}is benedictiōnem cælestem, qui eas ad odóris suavitátem, et repelléndas infirmitátes humáno úsui tribuísti, talémque signáculo sanctæ Cru^{ifixi}is benedictiōnem accípiant, ut quibus-cumque in infirmitatibus appósitæ fúerint, seu qui eas in dómibus suis portáverint, ab infirmitáte sanéntur; discédant diáboli, contremíscant, et fúgiant pávidi cum suis minístris de habitatióibus illis, nec ám-

plius tibi serviéntes inquietáre præsúmant.
Per Christum Dóminum nostrum.

R]. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO CANDELARUM
SOCIETATIS SANCTISSIMI ROSARII

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R]. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R]. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, lux vera, qui illú-
minas omnem hóminem veniéntem in
hunc mundum, effúnde per intercessiónem
Vírginis Mariæ Matris tuæ, et per quínde-
cim ejus Rosárii mystéria bene ☩ dicti-
onem tuam super hoc céreos, et candélas,
et sanctífica eas lúmine tuæ grátiæ: et con-
céde propítius, ut sicut hæc luminária igne
visíbili accénsa noctúrnas depéllunt téne-
bras, ita corda nostra invisíbili igne, ac
Spíritus ☩ Sancti splendóre illustráta, óm-
nium vitiórum cæcitáte cáreant: ut puro
mentis óculo cérnere semper possímus quæ
tibi plácita sunt et nostræ salúti utília: quá-
tenus post hujus sǽculi caliginósa discrí-
mina, ad lucem indeficiéntem perveníre
mereámur. Qui vivis et regnas. R]. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO CANDELAARUM EXTRA
FESTUM PURIFICATIONIS B. MARIÆ VIRG.

V. Adjutórum nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, bénne **X** dic candélas istas supplicatióibus nostris: infúnde eis, Dómine, per virtútem sanctæ Cru **X** cis benedictiónem cælestem, qui eas ad repelléndas ténebras humáno géneri tribuísti: talémque benedictiónem signáculo sanctæ Cru **X** cis accípiant, ut in quibuscumque locis accénsæ, sive pósitæ fúerint, discédant príncipes tenebrárum, et contremíscant, et fúgiant pávidi cum ómnibus minístris suis ab habitatióni bus illis: nec præsúmant amplius inquietáre aut molestáre serviéntes tibi omnipo-ténti Deus: Qui vivis et regnas. **R.** Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO AQUÆ IN VIGILIA
FESTI S. P. N. DOMINICI

Hymnus

Gaude mater Ecclésia,
Lætam agens memóriam,
Quæ novæ prolis gáudia
Mittis ad cæli cúriam.

Prædicatórum Ordinis
Dux et Pater Domínicus
Mundi jam fulget térmínis,
Civis efféctus cælicus.

Carnis liber ergástulo,
Cæli potítur glória:
Pro paupertátis cíngulo
Stola dotátur régia.

Fragrans odor de túmulo
Cum virtútum frequéntia,
Clamat pro Christi fámulo
Summi Regis magnália.

Hic est fons ille módicus
Crescens in flumen máximum,
Qui mundo jam miríficus
Potum largítur óptimum.

Trino Deo et símplici
Laus, honor, virtus, glória:
Qui nos prece Domínici
Ducat ad cæli gáudia. Amen.

Ant. Sub tuúm præsídium confúgimus
sancta Dei Génitrix: nostras deprecationes
ne despícias in necessitatibus; sed a perí-
culis cunctis líbera nos semper Virgo be-
nedicta.

Ant. O lumen Ecclésiæ, doctor veritá-
tis, rosa patiéntiæ, ebur castitatis, aquam
sapiéntiæ propinásti gratis; prædicátor grá-
tiæ nos junge beátis.

V. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

V. Ora pro nobis, beáte Pater noster Domínice.

R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis salúte gaudére: et gloriósa beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne a præsénti liberári tristitia, et ætérrna pérfrui lætitia.

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut qui peccatórum nostrórum póndere prémissimur, beáti Domíni Confessóris tui, Patris nostri, patrocínio sublevémur.

Magnitudinem tuæ poténtiæ interpellamus, omnipótens Deus, qui ex uno fonte Paradísi quatuor flúmina produxísti; qui preces púeri Abrahæ in Mesopotámia ad fontem exaudísti; qui fámulo tuo Móysi petram percútere jussísti, et pópulum tuum in desérto ex aqua de petra edúcta potásti;

qui aquam amáram, immísso ligno, dulcorásti: te súpplices exorámus, ut, nobis bene ☩ dicéntibus, hanc aquam bene ☩ dicas et sanctí ☩ fices in nōmine sanctissimi Patris nostri Domínici, ut quicúmque biberint ex ea, ab omni febre atque infirmitáte sanéntur. Per Christum Dóminum nostrum. R). Amen.

Deinde introducendo in aqua benedicta thecam Reliquiæ S. P. N. Domini (vel immiscendo in ipsa terram antri Segoviensis, ubi S. Pater preces Deo effundebat, vel Aurantii quod idem S. Pater plantavit Romæ in Conventu S. Sabinæ, vel terram seu pulverem sepulturæ S. Raymundi de Pennafort), dicatur :

Benedictio Dei omnipoténtis, Pa☐ tris, et Fí☐ lii, et Spíritus ☩ Sancti, descéndat super hanc aquam, et máneat semper. R). Amen.

Quando hæc benedictio facienda est privatim et absque solemnitate, omissis hymno et antiphonis, incipi poterit per ☩ Osténde, etc.

BENEDICTIO AQUÆ CUM RELIQUIIS
S. PETRI MART. ORD. PRÆD.

ꝝ. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R). Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui ad salútem humáni géneris máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti, adéstó propítius invocatióibus nostris, et eleménto huic aquæ, quod beáti Petri Mártyris tui virtúte consignámus, virtútem tuæ bene ☩ dictiónis infúnde: ut per intervéntum ejúsdem Mártyris tui sit fidélibus tuis in remédiu salutáre, dæmones ab eis ejíciens, morbos ac infirmitátes córporis et ánimæ repéllens: et præsta ut quicúmque eam súmpserint, vel ea aspérsi fúerint, ab omni adversité ánimæ et córporis liberéntur, et utriúsque hóminis recípiant sanitátem. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Imménsam cleméntiam tuam, omnípotens ætérne Deus, humíliter implorámus: ut hos fidéles tuos, ad Relíquias beáti Petri Mártyris devóte accedéntes et ejus suffrágia postulántes, tua ineffábili virtúte bene ☩ dícere dignéris: ut per intervéntum ejúsdem Mártyris tui ab omni ægritúdine mentis et córporis liberáti, tuáque hic et ubíque misericórdia custodíti et grátia sal-

váti, post hujus quoque viæ ac vitæ cursum, ad æterna mereántur gáudia perveníre. Per Christum Dóminum nostrum.
R. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO OLIVARUM

IN FESTO S. PETRI MART. ORD. PRÆD.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

D ómine Jesu Christe, Fílli Dei vivi, bénede⁺ dic olívas istas supplicatióibus nostris: et infúnde eis, Dómine, per virtútem sanctæ Cru^{ifix}is, et per intercessiόnem beáti Petri Mártyris, benedictiónen cælestem, qui eas ad repelléndas ténebras humáno géneri tribuísti: talēmque benedictiónen signáculo sanctæ Cru^{ifix}is accípiant, ut in quibuscumque locis pósitæ fúerint, discédant príncipes tenebrárum, et contremíscant, et fúgiant pávidi cum ómnibus minístris suis de locis vel habitatióibus illis: non ibi nóceant fúlmina et tempestátes; non fructus terræ consúmat aut depérdat ulla intempéries eleménti, nihil-

que inquiétet aut moléstet serviéntes tibi
omnipoténti Deo: Qui vivis et regnas.

R]. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO PALMARUM
VEL ALIORUM RAMORUM IN EODEM FESTO

¶. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R]. Qui fecit cælum et terram.

¶. Dóminus vobíscum.

R]. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, bén-
ne ☩ dic hos árborum ramos supplica-
tiónibus nostris; et infúnde eis, Dómine,
per virtútem sanctæ Cru ☩ cis, et per in-
tercessiónem beáti Petri Mártyris, bene-
dictiónem cælestem, qui triumphatúrus de
hoste géneris humáni, per manus pueró-
rum palmas et árborum ramos in honórem
tuum adhibéri voluísti: talémque benedi-
ctiónem signáculo sanctæ Cru ☩ cis accí-
piant, ut in quibuscúmque locis áliquid ex
eis pósitum fúerit, discédant príncipes te-
nebrárum, et contremíscant, ac fúgiant pá-
vidi cum ómnibus minístris suis de locis
vel habitatiónibus illis: non ibi nóceant fúl-
mina et tempestátes; non fructus terræ
consúmat aut depérdat ulla intempéries
eleménti, nihílque inquiétet aut moléstet

serviéntes tibi omnipoténti Deo : Qui vivis
et regnas. R). Amen.

BENEDICTIO CINGULORUM VEL NUMISMATUM
S. THOMAÆ AQUINATIS ORD. PRÆD.

(*Sacerdos stolam albam deferat*)

¶. Adjutórium nostrum in nōmine Dó-
mini.

R). Qui fecit cælum et terram.

¶. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, pu-
ritatis amátor et custos, obsecrámus
imménsam cleméntiam tuam, ut sicut
ministério Angelórum sanctum Thomam
Aquinátem cíngulo castitatis cíngere, et a
labe córporis ac ánimæ præserváre fecísti :
ita ad honórem et glóriam ejus bene dí-
cere et sancti ficáre dignérís Cíngula (*vel*
Numísmata) ista : ut quicúmque ipsa circa
renes reverénter portáverit ac tenúerit, (*vel*
ipsa secum reverénter portáverit ac tenúe-
rit), ab omni immundítia mentis et córporis
purificétur, atque in éxitu suo per manus
sanctórum Angelórum tibi digne præsen-
tári mereátur : Qui cum Patre et Spíritu
Sancto vivis et regnas per ómnia sǽcula
sæculórum. R). Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO ORATIONUM

S. VINCENTII FERRERII ORD. PRÆD.

V. Adjutórum nostrum in nómíne Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, bene ☩ dícere et sancti ☩ fícáre tua pietáte di- gnérís has Oratiónes scriptas in tui nómíni- nis honórem, beátæ Vírginís Mariæ Geni- trícis tuæ ac beáti Vincéntii Confessóris tui: ut qui eis usi fúerint, vel in se por- táverint, méritis et précibus ejúsdem beáti Vincéntii salútem ánimæ et córporis a te recípere mereántur. Per Christum Dómi- num nostrum. **R.** Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO AGRORUM ET VINEARUM
CUM INVOCATIONE S. VINCENTII FERRERII
ORD. PRÆD.

V. Adjutórum nostrum in nómíne Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Osténde nobis, Dómine, misericór- diam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

V. Aduja nos Deus salutáris noster.

R. Et propter glóriam tui sanctíssimi
nóminis líbera nos.

V. Nihil profíciat inimícus in nobis.

R. Et fílius iniquitátis non appónat no-
cére nobis.

V. Fiat misericórdia tua, Dómine, su-
per nos.

R. Quemádmodum sperávimus in te.

V. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.

R. Et bénedic hereditáti tuæ.

V. Non privábis bonis eos, qui ámbu-
lant in innocéntia.

R. Dómine virtútum, beátus homo, qui
sperat in te.

Responsorium

O lumen Hespériæ,
Nova lux Itáliæ,
Decus atque glória
Urbis Valentínæ.

Ad te cæci, ad te claudi,
Mórtui quoque et infírmi
Currunt, et obédiunt
Mors, et perícula.

Cedit aér, imbræ cedunt,
Cedit pestis, ignis cedit,
Mare, flumen et tempéstas,
Dáemones et mundus.

Lætántes uno ore
Omnes pópuli vocáte

Vincéntium, hunc Patrem
Laudáte in sǽcula.

Glória Patri et Fílio, etc.
Lætántes, uno ore, etc.

Antiphona. Adsit nobis propítius, in
hujus vitæ vésperæ, ad Christum nos Vincéntius tuto ferens itínere.

V. Ora pro nobis beáte Vincénti.

R. Ut digni efficiámur promissiónibus
Christi.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnipotens sempitérne Deus, ætérsi im-
pérri Rex, qui das escam omni carni;
qui óperis cælum núbibus, et paras terræ
plúviam; qui mandas désuper, et jánuas
cæli áperis; qui transfers Austrum de cælo,
et indúcis in virtúte tua Africum; qui rigas
montes de superiòribus tuis, et de fructu
óperum tuórum satiátur terra; qui Angelo
præcepísti ne terræ, mari neque arbóribus
nocéret: parce, Dómine, metuéntibus, et
propitiáre supplicántibus. Te enim, Dómine,
súpplices exorámus per intercessiónem et
mérita sancti Vincéntii Confessóris tui, ut
procul absit ab hoc agro (**vel** hac vínea

vel hoc viridário) incúrsio túrbinum, calámitas tempestátum, fragor grándinum, percússio fúlminum, et quælibet insídia ini-míci: temperéntur infésta tonítrua, nóxiæ plúviæ, ventorúmque flamma fiat moderáte suspénsa; omnis quoque spíritus procellárum, et aéreæ potestátes virtúte potentissimæ déxteræ tuæ prosternántur. Descén-dat, quæsumus, Dómine, super hunc campum (vel hanc víneam vel hoc viridárium) Spíritus Sanctus, et sicut Samuéli, cornígerum agnum in holocáustum tuum ma-ctánti, fragor aurárum turbam répulit ad-versántem; ita fugátis ómnibus contráriæ potestátis virtútibus, mentes et còrpora fidélium, frugésque manus servet Angélica, protectiōne supérna; et post sopítos núbium ímpetus, in laudis, et devotiónis, ac spiri-tuális amóris augmémentum tránseat commi-nátio tempestátis.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, árbiter throni, qui molem terræ ex níhilo pen-déntem gubérnas, et ad victum humáni gé-neris, corporísque sustentatiōnem, agros excólere opéribus jussísti: misericórdiam tuam, méritis et intercessiōne sancti Vin-céntii Confessóris tui, súpplices exorámus, ut quidquid in hoc agro (vel hac vínea vel hoc viridário) satum atque plantátum est,

et in póstero serétur atque plantábitur,
aspéctu tuæ clemétiæ respícias, et áeris
tempériem moderári dignérис, ut resecáto
atque absórpto ómnium grandínū et tem-
pestátum squalóre, effícias fruges fecún-
das, et ad maturitatēm perféctam tríbuas
perveníre, ut nos fámuli tui úberem donó-
rum tuórum fructum cum gratiárū actióne
percipiéntes, débitas atque accéptas nō-
mini sancto tuo laudes reférre mereámur.

Orémus.

Te, Dómine, pétimus, ac méritis et inter-
cessióne sancti Vincéntii Confessóris
tui rogámus, ut hunc agrum (*vel* hanc ví-
neam *vel* hoc viridárium) frugésque sémi-
num cujuscúmque géneris ex eo (*vel* ea)
procedéntes, tuis oculis serénis, hilarique
vultu respícere dignéris; sicut enim locú-
tus es Móysi fámulo tuo, dicens: Dic filiis
Israël, cum ingréssi fúerint terram pro-
missiónis, quam eis datúrus sum, ut pri-
mítias frugum ófferant Sacerdótibus, et
erunt benedictæ fruges: ita et nos orámus
te, Dómine, ut auxílium grátiæ tuæ super
nos, et agrum istum (*vel* víneam istam *vel*
viridárium istud) fructúsque ex eo (*vel* ea)
procedéntes, rorem tuæ benedictónis in-
fúndas, ut non grando subrípiat, non turbo
subvértat, nec vis tempestátis detrúncet,
nec áeris serénitas exúrat: non inundátio-

pluviális extérminet; sed incólumes, et superabundántes, propter usum hóminum, ad pleníssimam maturitátem perdúcere dignéris.

Orémus.

Deus, qui géntium multitúdinem mira beáti Vincéntii Confessóris tui prædicatióne ad agnitióne tui nóminis veníre tribuísti: præsta quæsumus, ut quem ventúrum Júdicem nuntiávit in terris, præmiatorem habére mereámur in cælis, Christum Dóminum nostrum. **R).** Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta, dicens:

Per mérita et intercessióne sancti Vincéntii dignáre, omnípotens et miséri cors Deus, benedícere, præserváre, conserváre, et a grándine, túrbine, fúlgure, et tempestáte liberáre agrum istum (**vel** víneam istam **vel** viridárium istud) cum ómnibus fructibus ejus, et omnes habitantes in eo (**vel** ea). In nómine Pa**ꝝ** tris et Fí**ꝝ** lii et Spíritus **ꝝ** Sancti. **R).** Amen.

Mox dicatur Canticum Dan. 3.

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite, cæli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes, quæ super cæ-

los sunt, Dómino : * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómino : * benedícite, stellæ cæli, Dómino.

Benedícite, omnis imber et ros, Dómino : * benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino : * benedícite, frigus et æstus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino : * benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glácies et nives, Dómino : * benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et tenebræ, Dómino : * benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum : * laudet et superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite, montes et colles, Dómino : * benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino : * benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete, et ómnia, quæ movén-tur in aquis, Dómino : * benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.

Benedícite, omnes béstiae et pécora, Dómino : * benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Israël Dóminum : * laudet et superexáltet eum in sǽcula.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino : * benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus et ánimæ justórum,
Dómino: * benedícite, sancti et húmiles
corde, Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísael, Dó-
mino: * laudáte et superexaltáte eum in
sáecula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum
Sancto Spíritu: * laudémus et sepxexalté-
mus eum in sáecula.

Benedictus es, Dómine, in firmaménto
cæli: * et laudabilis, et gloriósus, et su-
perexaltátus in sáecula.

Ant. Sub tuum præsídium confúgimus,
sancta Dei Génitrix: nostras deprecationes
ne despícias in necessitatibus, sed a perí-
culis cunctis líbera nos semper, Virgo be-
nédicta.

¶. Post partum Virgo invioláta perman-
sísti.

R. Dei Génitrix intercéde pro nobis.

¶. Dómine, exáudi oratióñem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

¶. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Plebs tua, Dómine, cápiat sacræ benedi-
ctionis augmémentum, et méritis beátæ
Maríæ semper Vírginis, et intercessióne
beáti Vincéntii, copiósis benefíciórum tuó-
rum sublevétur auxíliis, et tantis interces-

sórum deprecationibus adjuvétur. Per Iesum Christum Dóminum. R). Amen.

V). Benedicámus Dómino.

R). Deo grátias.

Per mérita beatæ Mariæ semper Virginitatis, et beáti Vincéntii Ferrerii, et ómnium Sanctorum, benedictio Dei omnipoténtis Pater tris et Fílii et Spíritus Sancti descéndat super nos, et máneat semper.

R). Amen.

Completa benedictione, affigatur imago benedicta sancti Vincentii, ita ut sit in conspectu totius agri, et servetur a pluvia et ventis. Dominus agri quotidie semel Pater, Ave et Glória, in honorem sancti Vincentii recitare, et primitias frugum in usum pauperum pro gratiarum actione donare meminerit.

BENEDICTIO AQUÆ S. VINCENTII FERRERII PRO INFIRMIS

V). Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.

R). Qui fecit cælum et terram.

V). Sit nomen Dómini benedictum.

R). Ex hoc nunc et usque in sǽculum.

V). Dómine, exaudi oratiómem meam.

R). Et clamor meus ad te véniat.

V). Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Majestátem tuam, Dómine, súpplices exorámus; ut qui in desérto erémi petram benedixísti, ut bis a virga Móysi percússa, aquæ ex ea largíssime egrederéntur, et géminam illam percussiónem sacraméntum Passiónis et duo ligna Crucis significáre voluísti: tua quoque benignitáte et cleméntia, per ejúsdem sanctæ Crucis mystérium, aquam istam larga benedictióne sancti  fíces, ut omnis infírmus qui de ea bíberit, vel ex ea aspérsus fúerit, séntiat statim salutárem tuæ benedictiónis efféctum. Per Christum Dóminum nostrum.

R). Amen.

Benedico hanc aquam in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui hoc ad usum humánum gratum creávit eleméntum, ut sit sórdium lavácrum córporis et ánimæ, mira omnipoténtia elevátum; potum sitiéntibus tríbuat, refrigérium sit æstuántibus, via et sémita navigántibus: et qui in aqua et per aquam in mundi univérsi submersióne sacraméntum novæ Legis præsignávit, cum octo áimas salvávit in arca super eam ambulánte, et apértis cataráctis cæli plúere fecit eam quadragínta diébus et quadragínta nóctibus super terram: hanc aquam bene  dícat et sancti  fíces, ut ad sui sancti nómínis, et

sancti Vincéntii invocatióne Ægrótum sanet, consólidet infírmum, dejéctum érigat, immúndum puríficet, ac peténti ab eo salútem poténter restítuat. In nómine Patris, et Filii, ☩ et Spíritus Sancti.

R). Amen.

Tangens Sacerdos vas aquæ cum Reliquia vel Imagine sancti Vincentii, dicat:

Orémus.

A désto, Dómine, supplicatióibus nostris, et eleménto huic aquæ, méritis sancti Vincéntii, cujus Relíquia (vel Imágine) tágitum, virtútem tuæ iterátæ benedictiónis infúnde, ut bibénti fiat potus ad salútem. In nómine Patris, et Filii, ☩ et Spíritus Sancti. R). Amen.

Crux in hac Oratione præsignata fieri debet cum Reliquia, vel Imagine. Sacerdos dicat:

Ant. Adsit nobis propítius in hujus vitæ vespere, ad Christum nos Vincéntius tuto ferens itínere.

Y). Ora pro nobis beáte Vincénti.

R). Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus.

Deus, qui géntium multitúdinem mira beáti Vincéntii Confessoris tui prædicatióne, ad agnitióne tui nóminalis veníre

tribuísti: præsta quæsumus, ut quem ventúrum Júdicem nuntiávit in terris, præmia-tórem habére mereámur in cælis, Chri-stum Dóminum nostrum.

R). Amen.

(Hac formula uti valent tantum Sacer-dotes Ordinis Prædicatorum. S. R. C., 30 Jan. 1873 appr. a Pio IX. Cum licentia Magistri Ordinis possunt omnes Sacer-do-tes. Ex nova concessione Apostolica).

ORATIO CONTRA TERRÆMOTUS
ET FULMINA

℣ Sanctus Deus ℣ Sanctus Fortis ℣
Sanctus et Immortális miserére nobis.

Orémus.

O mnípotens sempitérne Deus, qui réspi-cis terram, et facis eam trémere: parce metuéntibus, propitiáre supplícibus: ut cujus iram terræ fundaménta concutiéntem expávimus, cleméntiam contritiónes ejus sanántem júgiter sentiámus. Per Christum Dominum nostrum. R). Amen.

Orémus.

A domo tua, quæsumus Dómine, spiri-táles nequítiae repellántur, et aereá-rum discédat malignitas tempestátum. Per Christum Dóminum nostrum.

R). Amen.

BENEDICTIO DEPRECATORIA CONTRA MURES,
LOCUSTAS, VERMES AGRIS NOCENTES¹

Sacerdos utitur Stola violacea.

Ant. Exsúrge, Dómine, áduja nos, et
líbera nos propter nomen tuum.

Psalmus Deus, áuribus nostris audívi-
mus: patres nostri annuntiavérunt nobis.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et sem-
per, et in sǽcula sǽculórum. Amen.

Ant. Exsúrge, Dómine, áduja nos, et
líbera nos propter nomen tuum.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dómine, exáudi oratióñem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Preces nostraras, quæsumus, Dómine, cle-
ménter exáudi: ut qui juste pro pec-
cátis nostris afflígimur, et hanc mûrium
(vel locustárum seu bruchórum, vel vér-
mium sive aliorum animalium) persecutió-

¹ Hac benedictione — quæ dari nequit nisi de li-
centia Ordinarii — utebatur Bened. XIII O. P. ut a
romano agro animalia nociva arceret, sicut Lambertini
refert Notific. 47, § 2.

nem pátimur, pro tui nóminis glória ab ea misericórditer liberémur: ut tua poténtia procul expúlsi (*vel* expúlsæ) nulli nóceant, et campos agrósque nostros in tranquillitáte ac quiéte dimíttant, quátenus ex eis surgéntia et orta tuæ majestáti desérviant, et nostræ necessitáti subvéniant. Per Christum Dóminum nostrum. R]. Amen.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, ómnium bonórum remunerátor, et peccatórum máximus miserátor, in cuius nómine ómnia genuflectúntur cælestia, terréstria et infernália: tua poténtia nobis peccatóribus concéde, ut quod de tua misericórdia confísi ágimus, per tuam grátiam efficácem ejus consequámur efféctum; quátenus hos pestíferos mures (*vel* locústas *vel* bruchos aut vermes *sive alia animalia*) per nos ser-vos tuos maledicéndo maledícas, segregándo séreges, exterminándo extérmynes; ut per tuam cleméntiam ab hac peste libera-tí gratiárum actíones majestátis tuæ líbere referámus. Per Christum Dóminum nostrum. R]. Amen.

Exorcismus

Exorcízo vos pestíferos mures (*vel* locústos seu bruchos *vel* vermes *sive alia animalia*) per Deum Patrem ☩ omnipoténtem, per Jesum Christum ☩ Fílium ejus

únicum, per Spíritum Sanctum ab utróque procedéntem, ut conféstim recedátis a campis et agris nostris nec ámplius in eis habibétis, sed ad ea loca transeáatis, in quibus némini nocére possítis, pro parte omni-poténtis Dei, et totius cúriæ cælestis, et Ecclésiæ sanctæ Dei, vos maledícens, ut quocúmque iéritis, sitis maledícti (*vel* maledícta) deficiéntes de die in diem in vos ipsos (*vel* ipsas), et decrescéntes; quátenus reliquiæ de vobis nullo in loco inveniántur, nisi necessáriæ ad salútem et usum humánum. Quod præstáre dignétur, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem. **R.** Amen.

Postremo aqua benedicta aspergantur loca infecta.

BENEDICTIO EQUORUM ET ALIORUM ANIMALIUM IN FESTO S. ANTONII ABBATIS ET ALIO TEMPORE

Y. Adjutórium nostru*m* in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Y. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus refúgium nostrum, et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietatis: et præsta; ut quod fidéliter péti-

mus, efficáciter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum. R). Amen.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui gloriósus beátum Antónium váriis tentatióribus probátum inter mundi hujus túrbines illáesum abíre fecísti: concéde fámulis tuis, ut et præcláro ipsíus proficiámus exémplo, et a præséntis vitæ periculis ejus méritis et intercessióne liberémur. Per Christum Dóminum nostrum. R). Amen.

Orémus.

Benedictiónem tuam, Dómine, hæc ani-mália accípiant, qua córpore salvéntur, et ab omni malo per intercessiónem beáti Antónii liberéntur. Per Christum Dóminum nostrum. R). Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO LOCI

Y. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.

R). Qui fecit cælum et terram.

Y. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Béne ☩ dic, Dómine Deus omnípotens, locum istum, (vel domum istam) ut sit in eo (vel in ea) sánitas, cástitas, victória,

virtus, humilitas, bonitas, et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum actio Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto: et haec benedictio maneat super hunc locum, (*vel* super hanc domum) et super habitantes in eo (*vel* in ea) nunc, et in omnia saecula saeculorum. R}. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO DOMUS NOVÆ

V}. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R}. Qui fecit cælum et terram.

V}. Dominus vobiscum.

R}. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Te Deum Patrem omnipotentem suppli-
ter exoramus pro hac domo, et habita-
toribus ejus, ac rebus: ut eam bene  dicere et sancti  facere, ac bonis omnibus
ampliare digneris: trubue eis, Domine, de-
rore cæli abundantium, et de pinguédine
terræ vitae substantium, et desideria voti
eorum ad effectum tuæ miseratónis perdú-
cas. Ad introitum ergo nostrum bene  dicere et sancti  facere digneris hanc do-
mum, sicut benedicere dignatus es domum
Abraham, et Isaac, et Jacob: et intra pa-
rietes domus istius Angeli tuæ lucis inhá-

bitent, eámque et ejus habitatóres custódiant. Per Christum Dóminum nostrum.
R). Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO DOMORUM IN SABBATO SANCTO
PASCHÆ VEL ALIA DIE INFRA TEMPUS PA-
SCHALE PRO LOCORUM CONSUETUDINE

Parochus, seu aliis Sacerdos ab ipso facultatem habens, superpelliceo, et stola alba indutus, cum ministro deferente vas aquæ ex benedictione Fontium ante perfusionem Chrismatis acceptæ, visitet domos suæ parochiæ, aspergens eas eadem aqua benedicta. Ingrediens domum dicit:

Pax huic dómui, et ómnibus habitántibus in ea.

Deinde aspergens loca præcipua domus, et eos qui habitant in ea, dicit:

Ant. Vidi aquam egrediéntem de templo a látere dextro, allelúia. Et omnes ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent: allelúia, allelúia.

Psalmus Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sǽculórum. Amen.

Ant. Vidi aquam egrediéntem de templo a látere dextro, allelúia. Et omnes ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent: allelúia, allelúia.

Deinde dicit:

℣. Osténde nobis, Dómine, misericór-diam tuam, allelúja.

℟. Et salutáre tuum da nobis, allelúja.

℣. Dómine, exáudi oratióne meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omní-potens, ætére Deus: et sicut domos Hebræórum in éxitu de Ægýpto Agni sán-guine linítas, quod Pascha nostrum, in quo immolátus est Christus, figurábat, ab An-gelo percutiénte custodísti; ita mittere di-gnéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per eúmdem Christum Domi-num nostrum. **℟.** Amen.

ALTERA BENEDICTIO DOMORUM ALIO TEM-
PORE FACIENDA CUM ASPERSIONE AQUÆ
BENEDICTÆ

**Parochus, seu alijs Sacerdos volens ali-
quam particularem domum, vel generaliter**

domos fidelium alio tempore infra annum aspergere aqua benedicta, ingrediens domum dicat:

Pax huic dómui, et ómnibus habitántibus in ea.

Ant. Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Psalmus Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sǽculórum. Amen.

Ant. Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis; qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

BENEDICTIO THALAMI

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Béne ☩ dic, Dómine, thálamu hunc: ut omnes habitántes in eo in tua pace con-sístant, et in tua voluntáte permáneant, et senéscant, et multiplicéntur in longitúdine diérum, et ad regna cælórum pervéniant. Per Christum Dómnum nostrum. **R.** Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO AGNI IN PASCHA

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus qui per fámulum tuum Móysen, in liberatióne pópuli tui de Ægypto, agnum occídi jussísti in similitúdinem Dómini nostri Jesu Christi, et utrósque postes domórum de sanguine ejúsdem agni per-úngi præcepísti: tu bene ☩ dícere et san-

cti ficáre dignérис hanc creatúram carnis, quam nos fámuli tui ad laudem tuam súmere desiderámus, per Resurrectiōnem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat per ómnia sácula sáculórum. R). Amen.

Aspergat aqua benedicta.

ALIA FORMA BENEDICENDI AGNUM
IN PASCHA

Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R). Qui fecit cælum et terram.

Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui es verus et immaculátus Agnus, quiq[ue] immolá-
tus in ara Crucis peccáta mundi delevísti,
et nos ad ovíle própriis húmeris reportásti:
has carnes agni, quas ad usus hóminum
creásti, bene dícere, et sancti ficáre
tua pietáte dignérис: ut omnes ex eis su-
méntes, se séntiant tuis benefíciis replétos,
et córporis et ánimæ sanitátem, te an-
nuénte, se percepísse læténtur, Salvátor
mundi: Qui vivis et regnas per ómnia
sácula sáculórum. R). Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO ALIARUM CARNIUM

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dignáre, Dómine Deus omnípotens, bene ☩ dícere et sancti ☩ ficáre has óvium (*vel* ávium *vel* N.) carnes: ut qui-cúmque ex pópolis tuis fidélibus de eis coméderint, omni benedictióne cum grátia saturáti repleántur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO OVORUM

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Subvéniat, quæsumus Dómine, tuæ bene ☩ dictiōnis grátia huic ovórum creatúræ ut cibus salúbris fiat fidélibus tuis in tuárum gratiárum actiōne suméntibus, ob Resurrectiōnem Dómini nostri Jesu

Christi: Qui tecum vivit et regnat per
ómnia sǽcula sǽculórum. R). Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO PANIS

V. Adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini.

R). Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

D ómine Jesu Christe, panis Angelórum,
panis vivus ætérnæ vitæ, bene  dí-
cere dignáre panem istum, sicut benedi-
xisti quinque panes in desérto: ut omnes
ex eo gustántes inde córporis et ánimæ
percípiant sanitátem. Qui vivis et regnas.

R). Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

ALIA BENEDICTIO PANIS

V. Adjutórum nostrum in nómine Dó-
mini.

R). Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

D ómine sancte, Pater omnípotens, ætér-
ne Deus, bene  dícere dignéris hunc
panem tua sancta spirituáli benedictióne:

ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et cónporis, atque contra omnes morbos et univérsas inimicórum insídias tutámen. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, panem vivum, qui de cælo descéndit, et dat vitam et salútem mundo, et tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sácula sáculórum. R]. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVORUM FRUCTUUM

¶. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R]. Qui fecit cælum et terram.

¶. Dóminus vobíscum.

R]. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Béne ☩ dic, Dómine, hos novos fructus N. et præsta ut qui ex eis in tuo sancto nómine vescéntur, cónporis et ánimæ salúte potiántur. Per Christum Dominum nostrum. R]. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO AD QUÆCUMQUE VOLUERIS COMESTIBILIA

¶. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R]. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Béne ☩ dic, Dómine, creatúram istam **N.**
ut sit remédium salutáre géneri hu-
máno: et præsta per invocatiónem sanctís-
simi nóminis tui, ut quicúmque ex ea súm-
pserint, vel gustáverint, córporis sanitá-
tem, et ánimæ tutélam percípiant. Per
Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO OLEI SIMPLICIS

V. Adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Exorcismus

Exorcízo te creatúra ólei per Deum Pa-
trem ☩ omnipoténtem, qui fecit cælum
et terram, mare, et ómnia quæ in eis sunt.
Omnis virtus adversárii, omnis exércitus
diáboli, et omnis incúrsus, omne phan-
tásma Sátanæ eradicáre et effugáre ab hac
creatúra ólei, ut fiat ómnibus, qui eo usúri
sunt, salus mentis et córporis, in nómine
Dei Patris ☩ omnipoténtis, et Jesu ☩
Christi Fílii ejus Dómini nostri, et Spí-
ritus ☩ Sancti Parácliti, et in caritaté ejús-

dem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

R). Amen.

V). Dómine, exáudi oratióne meam.

R). Et clamor meus ad te véniat.

V). Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

D ómine Deus omnípotens, cui adstat exércitus Angelórum cum tremóre, quorum servítium spirituále cognóscitur; dignáre respícere, bene ☩ dícere, et sancti ☩ fícare hanc creatúram ólei, quam ex olivárum succo eduxísti, et ex eo infírmos inúngi mandásti, quátenus sanitáte percépta, tibi Deo vivo et vero grátias ágerent: præsta, quásumus, ut hi, qui hoc óleo, quod in tuo nómine bene ☩ dícimus, usi fúerint, ab omni languóre, omníque infirmitáte, atque cunctis insídiis inimíci libérantur; et cunctæ adversitátes separéntur a plásmate tuo, quod pretiósso Sánguine Fílli tui redemísti, ut nunquam lædátur a morsu antíqui serpéntis. Per eúmdem Dóminum nostrum. R). Amen.

Aspergat oleum aqua benedicta.

BENEDICTIO PUTEI

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui in hujus pútei altitúdinem per crepídinem fistulárum cópiam aquárum manáre jussísti: præsta ut te juvánte atque bene ☩ dicénte, per nostræ offícium functiónis, repúlsis hinc phantasmáticis collusiónibus ac diabólicis insídiis, purificátus atque emundátus semper hic púteus persevéret. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO INCENSI

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Tua, quæsumus omnípotens sempítérne Deus, imménsæ majestátis déxtera, hanc creatúram incénsi bene ☩ dícere et sancti ☩ ficáre dignéris; ut in virtúte sancti

nóminis tui, omnes immundórum spirítuum phantásticos incúrsus effugáre, omnésque morbos, réddita sanitáte, expéllere, ubi-cúmque fumus ejus affláverit, mirabíliter possit, atque tibi omnipoténti Deo odóre fragrantíssimo perpétua suavitáte redolére. Per Christum Dóminum nostrum.

R). Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO AD QUÆCUMQUE VOLUERIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R). Qui fecit cælum et terram.

℣. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Béne ☩ dic, Dómine, creatúram istam **N**. Ut sit remédium salutáre géneri humáno: et præsta per invocatiómem sancti nóminis tui, ut quicúmque ea usi fúerint, córporis sanitátem et ánime tutélam accípiant. Per Christum Dóminum nostrum.
R). Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO AD OMNIA

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R). Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cujus verbo sanctificántur ómnia, bene dictióinem tuam effúnde super creatúram istam (*vel* creatúras istas): et præsta ut quisquis ea (*vel* eis) secúndum legem et voluntátem tuam cum gratiárum actíone usus fúerit, per invocatíonem sanctíssimi nóminis tui, córporis sanitátem et ánimæ tutélam, te auctóre, percípiat. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deinde illam (*vel* illas) aspergat aqua benedicta.

Adhiberi potest pro omnibus rebus, de quibus specialis benedictio non habetur.

BENEDICTIO PRIMARII LAPIDIS ÆDIFICII

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, a quo omne bonum sumit inítium, et semper ad potíora progrédiens pércipit increméntum: concéde, quæsumus, supplicántibus nobis; ut quod ad laudem

nóminis tui inchoáre aggrédimur, ætérho
tuæ patérnæ sapiéntiæ múnere perducátur
ad térmínū. Per Christum Dóminum no-
strum. R). Amen.

BENEDICTIO VESTIUM ET CINGULI
QUÆ DEFERUNTUR IN HONOREM B. M. V.

¶ Pro benedictione vestis.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini.

R). Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Béne ☩ dic, Dómine, vestem istam, in
honórem et sub protectióne beatíssimæ
Vírginis Mariæ suméndam: et præsta per
invocationem sancti tui nóminalis, ut qui
eam indúerit, cörperis sanitátem et ánime
tutélam percípiat. Per Christum Dóminum
nostrum.

R). Amen.

Aspergatur vestis aqua benedicta.

¶ Pro benedictione cinguli.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini.

R). Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

D^eus, qui ut servum redímeres, Fílium tuum per manus impiórum ligári voluísti: béne ☩ dic, quásumus, cíngulum istud; et præsta ut fámulus tuus, qui (*vel* fámula tua quæ) eo véluti sui córporis pœnitentiáli ligámine cingétur, vinculórum ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi perpétuus exístat amátor (*vel* perpétua exsístat amátrix), tuísque semper obséquiis se alligátum (*vel* alligátam) esse cognóscat. Per eúmdem Dóminum nostrum. R). Amen.

Aspergatur cíngulum aqua benedicta.

BENEDICTIO CANDELARUM
IN FESTO S. BLASII EP. ET MART.

- V.* Adjutórium nostrum in nómíne *Dómini.
R. Qui fecit cælum et terram.
V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

O mnípotens et mitíssime Deus, qui ómniū mundi rerum diversitatēs solo Verbo creásti et ad hóminum reformatiōnem illud idem Verbum per quod facta sunt ómnia, incarnári voluísti: qui magnus es et imménsus, terríbilis atque laudábilis, ac fáciens mirabília: pro cuius fídei confessióne gloriósus Martyr et Póntifex Blá-

sius, diversorum tormentorum génera non pavéscens martýrii palmam felíciter est adéptus: quique eídem inter cæteras grá-tias hanc prærogatívam contulísti, ut quos-cúmque gútturis morbos tua virtúte curá-ret; majestátem tuam suppliciter exorá-mus, ut non inspéctu reátus nostri, sed ejus placátus méritis et précibus, hanc ce-ræ creatúram bene ☩ dícere, ac sanctifi-cáre tua venerábili pietáte dignérис, tuam grátiam infundéndo: ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fúerint, a quocúmque gútturis morbo ipsius pas-siónis méritis liberéntur, et in Ecclésia sancta tua sani et hílares tibi gratiárum réferant actiόnes, laudéntque nomen tuum gloriósum, quod est benedictum in sǽcula sǽculórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculorum. R). Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

Deinde Sacerdos duos cereos in modum crucis aptatos apponit sub mento gutturi singulorum, qui benedicendi sunt, ipsis ante Altare genuflectentibus, dicens:

Per intercessiórem sancti Blásii, Epí-scopi et Mártyris, líberet te Deus a malo gútturis et a quólibet álio malo. In nómine Patris et Fílli, ☩ et Spíritus Sancti. Amen.

BENEDICTIO LINTEAMINUM PRO INFIRMIS

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui per tactum fimbriárum vestimentórum tuórum muliérem fluxu sanguinis laborántem, aliósque passim infírmos sanáre dignátus es, et per sudária et semicíncitia Apóstoli tui Pauli languóres et spíritus nequam ab infírmis eádem virtúte fugásti: præsta, quæsumus, ut qui his vestiméntis, velis et linteamínibus, quæ in tuo nōmine bene  dícimus, indúti vel opérti fúerint, sanitátem mentis et cónporis percípere mereántur. Qui vivis et regnas per ómnia sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO ANIMALIUM
GRAVI INFIRMITATE LABORANTIU

Sacerdos utitur stola violacea.

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Misericórdiam tuam. Dómine, súpplices exorámus: ut hæc animália, quæ gravi infirmitáte vexántur, in nómine tuo, atque tuæ bene dictiónis virtúte sanéntur. Extinguátur in eis omnis diabólica potésta: et ne ultérius ægrótent, tu eis, Dómine, sis defénsio vitæ, et remédium sanitatis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. **R.** Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO A PRÆLATO
DANDA PRÆDICATORI ANTE CONCIONEM

Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis, ad pronuntiandum digne et fructuóse verba sua sancta. In nómine Patris, et Fílli, et Spíritus Sancti. **R.** Amen.

BENEDICTIO VESTIMENTORUM FRATRUM
ET SORORUM ORDINIS NOSTRI¹

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

¹ Eadem formula adhibeatur ad benedicendum parvum scapulare S. P. N. Dominici.

Hæc et subsequens benedictio sunt juris Prælatorum, vel ab iis facultatem habentium.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui tégimen nostræ mortalitatis indúere dignátus es, obsercrámus imménsæ largítatis tuæ abundántiam, ut hoc genus vestimentórum, quod sancti Patres ad innocéntiæ et humilitatis indícium ferre sanxérunt, ita bene ☩ dícere dignéris, ut qui hoc usus fúerit, te indúere mereátur Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Postea aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO VELI

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Caput ómnium fidélium Deus, et totius córporis salvátor, hoc operiméntum veláminis, quod fámula tua propter tuum tuæque beatíssimæ Genitrícis semper vírginis Mariæ amórem, suo cápti imposítura est, tua déxtera béne ☩ dic; et hoc, quod per illud mýstice datur intélligi, tua semper custódia córpore et ánimo incon-

tamináto custódiat: ut quando ad perpé-tuam Sanctórum remuneratióne vénerit, cum prudéntibus et ipsa virgínibus præ-paráta, te perducénte, ad perpétuæ felici-tatis núptias intráre mereátur. Per Chri-stum. R). Amen.

Postea aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO MULIERIS POST PARTIUM

Si qua puerpera post partum, juxta piam ac laudabilem consuetudinem, ad Eccle-siam venire voluerit, pro incolumitate sua Deo gratias actura, petieritque a Sacerdote benedictionem, ipse superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro aspergillum de-ferente, ad fores Ecclesiæ accedat, ubi illam foris al limina genuflectentem, et candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta aspergat, deinde dicat:

¶. Adjutórium nostrum in nómine Dó-mini.

R). Qui fecit cælum et terram.

Ant. Hæc accípiet.

Psalmus 23

Dómini est terra, et plenitúdo ejus: * or-bis terrárum, et univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictióнем a Dómino : * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles : * et introíbit rex glóriae.

Quis est iste rex glóriae? * Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles : * et introíbit rex glóriae.

Quis est iste rex glóriae? * Dóminus virtútum ipse est rex glóriae.

Glória Patri, et Fílio,* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sǽcula sǽculórum. Amen.

Ant. Hæc accípiet benedictióнем a Dómino, et misericórdiam a Deo salutári suo: quia hæc est generátio quæréntium Dóminum.

Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolæ, eam introducit in Ecclesiam dicens:

Ingrédere in templum Dei, adóra Fílium

beátæ Mariæ Vírginis, qui tibi fecunditátem tríbuit prolis.

**Et ipsa ingressa genuflectit coram altari,
et orat, gratias agens Deo de beneficiis sibi
collatis; et Sacerdos dicit:**

Kýrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie,
éléison.

Pater noster, **secreto.**

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvam fac ancíllam tuam, Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

V. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eam.

V. Nihil profíciat inimícus in ea.

R. Et fílius iniquitátis non appónat no-
cére ei.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meam ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempítérne Deus, qui per
beáte Mariæ Vírginis partum, fidélium
pariéntium dolóres in gáudium vertísti:
respice propítius super hanc fámulam tuam,
ad templum sanctum tuum pro gratiárum
actiōne létam accedéntem: et præsta, ut
post hanc vitam, ejúsdem beátæ Mariæ
méritis et intercessiōne, ad ætérnæ beatit-

túdinis gáudia cum prole sua pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R). Amen.

Deinde illam aspergit iterum aqua benedicta in modum Crucis. dicens:

Pax et benedictio Dei omnipoténtis Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti descéndat super te, et máneat semper. R). Amen.

Benedictiones, quæ sequuntur ab Episcopis, Prælatis, vel aliis facultatem habentibus impertiendæ sunt.¹

BENEDICTIO
VESTIMENTORUM SACERDOTALIUM IN GENERE

¶. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R). Qui fecit cælum et terram.

¶. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum pontificália, et sacerdotália, seu levítica vestiménta, ad expléndum in conspéctu tuo ministérium eórum, ad honórem et decórem nōminis

¹ Prælati regulares possunt tantummodo pro servitio propriarum Ecclesiarum.

tui fiéri decrevísti: adésto propítius invocatióibus nostris, et hæc induménta sacerdotália (hoc induméntum sacerdotále), désuper irrigánte grátia tua, ingénti benedictióne, per nostræ humilitátis servítium, puri X ficáre, bene X dícere, et conse X cráre dignérís: ut divínis cùltibus et sacris mystériis apta et benedicta exsístant (aptum et benedictum exsístat): his quoque sacris véstibus (hac quoque sacra veste) Pontífices, et Sacerdótes, seu Levítæ tui indúti, ab ómnibus impulsiónibus seu tentatióibus malignórum spirítuum muníti et defénsi esse mereántur, tuísque mystériis apte et condígne servíre et inhærére, atque in his plácite et devóte perseveráre tríbue. Per Christum Dóminum nostrum. R]. Amen.

Orémus.

D eus invictæ virtútis triumphátor, et ómniū rerum créator ac sanctificátor, inténde propítius preces nostras: et hæc induménta levíticæ et sacerdotális glóriæ minístris tuis fruénda (-éndum), tuo ore proprio bene X dícere, sancti X ficáre, et conse X cráre dignérís: omnésque eis uténtes tuis mystériis aptos, et tibi in eis (eo) devóte et laudabiliter serviéntes, gratos effícere dignérís. Per Christum Dóminum nostrum. R]. Amen.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui vestimenta Pontíficibus, Sacerdótibus et Légitimis in usum tabernáculi fóederis necessária, Móysen fámulum tuum ágere peragéndum replevísti: hæc vestiménta (hoc vestiméntum) in usum et cultum mystérii tui bene dícere, sancti ficáre, et conse cráre dignéris; atque ministros altaris tui, qui ea (id) indúerint, septifórmis Spíritus grátia dignánter repléri, atque castitatis stola, beáta fáciás, cum bonórum fructu óperum, ministérii congruéntis immortalitaté vestíri. Per Dóminum ... in unitáte ejúsdem. R). Amen.

Aspergantur (aspergatur) aqua benedicta.

BENEDICTIO MAPPARUM
SEU TOBALEARUM ALTARIS

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R). Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui Móysen fámulum tuum ornaménta et linteámina fácere per quadragínta dies docuísti; quæ étiam María téxuit, et fecit in usum mini-

stérii tabernáculi fœderis: bene ☩ dícere,
 sancti ☩ cáre, et conse ☩ cráre dignéris
 hæc linteámina, ad tegéndum involvén-
 dumque altáre gloriosíssimi Fílii tui Dó-
 mini nostri Jesu Christi: Qui vivit et re-
 gnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per
 ómnia sácula sáculórum. R). Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO PALLÆ ET CORPORALIS¹

V). Adjutórium nostrum in nómine Dó-
 mini.

R). Qui fecit cælum et terram.

V). Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Clementíssime Dómine, cujus inenarrá-
 bilis est virtus, cujus mystéria arcánis
 mirabílibus celebrántur: tríbue quæsumus,
 ut hoc linteámen tuæ proptitiatiónis be-
 ne ☩ dictióne sanctificétur, ad consecrá-
 dum super illud Corpus et Ságuinem Dei
 et Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui: Qui
 tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus
 Sancti Deus per ómnia sácula sáculo-
 rum. R). Amen.

¹ Palla benedicetur simul cum corporale. Quando
 vero corporale est jam benedictum, tunc cum eadem
 formula benedicitur et palla, vel pallæ.

Orémus.

Omnipotens sempiterne Deus, bene ☩ dí-
cere, sancti ☩ dicáre, et consecráre di-
gnéris linteámen istud, ad tegéndum et in-
volvéndum Corpus et Sanguinem Dómini
nostrí Jesu Christi Fílli tui: Qui tecum
vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti
Deus per ómnia sácula sáculórum.

R. Amen.

Orémus.

Omnipotens Deus, mánibus nostris opem
tuæ benedictiōnis infúnde: ut per no-
stram bene ☩ dictiōnem hoc linteámen san-
ctificétur, et Córporis ac Sanguinis Redem-
ptoris nostri novum sudárium, Spíritus
Sancti grátia, efficiátur. Per eúmdem Dó-
minum ... in unitáte ejúsdem. **R.** Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO TABERNACULI SEU VASCOLI

PRO SS. EUCHARISTIA CONSERVANDA

V. Adjutórium nostrum in nómine Dó-
mini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnipotens sempiterne Deus, majestá-
tem tuam súpplices deprecámur, ut ta-
bernáculum (**seu** vásculum hoc), pro Cór-
pore Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi

in eo condéndo fabricátum, bene ☩ dictio-
nis tuæ grátia dicáre dignéris. Per eúmdem
Dóminum nostrum, etc. R). Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO OSTENSORII
PRO SS. SACRAMENTO FIDELIUM
VENERATIONI EXPONENDO

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dó-
mini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnipotens sempitérne Deus, vásculum
istud pro Fílii tui Dómini nostri Jesu
Christi Cörpore fidélium veneratióni expo-
néndo fabrefáctum, bene ☩ dícere et san-
cti ☩ ficáre dignáre: ut omnes qui eúmdem
Unigénitum in hoc sǽculo pio afféctu ve-
nerántur, et in futúro perpétuam pietatis
suæ mercédem accípiant. Per eúmdem
Christum Dóminum nostrum. R). Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO ICONIS¹

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dó-
mini.

R. Qui fecit cælum et terram.

¹ Hanc et alias duas sequentes benedictiones potest
quilibet Sacerdos *privatim* impertiri.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam suppliciter exorámus, ut icónem hanc, in qua gloriosíssimæ imágines, tua, et Filii tui Dómini nostri Jesu Christi, gloriosæque Vírginis Mariæ, aliorúmque Sanctórum N. et N. depictæ sunt bene ☩ dicere et sancti ☩ sicáre dignéris: ante quam quicúmque ob devotiónem se ad ipsam devóte adorándum inclináverint, salútem mentis et cörperis consequántur, et a cunctis periculis liberéntur, et quidquid juste petierint, obtinére mereántur. Per eúmdem Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Postea aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO IMAGINUM JESU CHRISTI DOMINI NOSTRI, BEATÆ VIRGINIS MARIÆ ET ALIORUM SANCTORUM

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imágines (*seu* effígies) sculpi aut pingi non réprobas, ut quóties

illas óculis cōporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memoriæ óculis meditémur: hanc, quæsumus, imáginem (*vel* sculptúram) in honórem et memóriam unigéniti Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi (*vel* beatíssimæ Vírginis Maríæ Matris Dómini nostri Jesu Christi, *vel* beáti N. Apóstoli tui, *vel* Mártyris tui, *vel* Confessóris tui, *vel* Pontíficis tui, *vel* Vírginis tuæ) adaptátam bene ☩ dicere et sancti ☩ ficáre dignérис: et præsta ut qui-cumque coram illa unigénitum Fílium tuum (*vel* beatíssimam Vírginem, *vel* gloriósum Apóstolum tuum *sive* Mártyrem tuum *sive* Confessórem tuum *aut* gloriósam Vírginem tuam) supplíciter cólere et honoráre stu-dúerit, illius méritis et obténtu a te grá-tiam in præsénti, et ætérnam glóriam obtí-neat in futúrum. Per (*eúmdem*) Christum Dóminum nostrum. R). Amen.

Ultimo aspergat imaginem aqua benedicta.

SOLEMNIS BENEDICTIO CRUCIS¹

Si Cruces, publicæ veneratióne exponitæ, solemniter benedicantur, hæc bene-

¹ Quæ publice exponitur in angulis viarum, cœme-teriis, etc. (S. R. C., 7 aug. 1628). Si in Cruce adsit etiam Imago J. C. D. N., tunc adhibenda est formula benedictionum Imaginum, ut supra (S. R. C., 4 sept. 1880).

dictio Ordinario reservatur, qui tamen potest eum cuilibet Sacerdoti committere.

Privatum autem hæc benedictio a quolibet Sacerdote fieri potest sine ulla Ordinarii licentia.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Rogámus te, Domine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus, ut digneris bene  dicere hoc signum Crucis: ut sit remedium salutare generi humano, sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum; sit solamen, et protectio, ac tutela contra saeva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Béne  dic, Domine Iesu Christe, hanc Crucem tuam, per quam eripuisti mundum a potestate dæmonum, et superasti Passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni vètiti sumptionem.

Hic asperget Crucem aqua benedicta.

Sanctificétur hoc signum Crucis, in nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, ut orántes inclinantesque se propter Dóminum ante istam Crucem, invéniant cōporis et ánimæ sanitátem. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Postea Sacerdos genuflexus ante Crucem devote adorat, et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

ORATIONES FACIENDÆ IN VISITATIONE
INFIRMORUM

Cum Fratres aliquam personam infirmam decubentem visitaverint, et Orationem super eam facere voluerint, poterunt uti forma infrascripta, videlicet:

Primo intrantes domum, vel cameram infirmi, dicant:

X. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

Et accedentes ad lectulum infirmi, eum dulciter salutent, ad patientiam hortantes, et aliqua verba sancta pro ipsius exhortatione et consolatione dicentes. Et quia infirmitas corporalis frequentius evenit propter infirmitatem spiritualem, hortentur eum, ut si cito velit sanari ab infirmitate, etiamsi infirmitas non sit multum gravis, integrum et veram confessionem faciat de

omnibus peccatis suis. Postmodum alter ex Fratribus, qui major fuerit et Sacerdos, hac forma uti poterit, quam ipsi liceat ad libitum abbreviare.

T Si autem plures infirmi in eodem cubiculo seu loco fuerint. Sacerdos, quoties de eis mentio in sequentibus occurrerit, numero plurali utatur.

Caríssime, si Dóminus tibi præstáre dignábitur sanitátem, nonne propónis décétero pro víribus, et a peccátis cavére, et ejus mandáta serváre?

Quo promittente, dicat Sacerdos:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Intróeat, quæsumus, Dómine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingréssu ætérrna felicitas, divína prospéritas, seréna lætitia, cáritas fructuósa, sánitas sempitérrna. Effúgiat ex hoc loco accéssus dæmonum, adsint Angeli pacis, domúmque hanc déserat et effúgiat discórdia. Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum, béne ☩ dic conversatióni nostræ, sanctifica nostræ humilitatis ingréssum: qui sanctus et pius es, et pérmanes

cum Patre et Spíritu Sancto in sǽcula sæculórum. R). Amen.

Psalmus 6

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, *
neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infir-
mus sum: * sana me, Dómine, quóniam
conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: * sed
tu, Dómine, úsquequo?

Convrétere, Dómine, et éripe ániam
meam: * salvum me fac propter miseri-
córdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor
sit tui: * in inférno autem quis confitébitur
tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per sín-
gulas noctes lectum meum: * lácrimis meis
stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus: *
inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui operámini
iniquitátem: * quóniam exaudívit Dómi-
nus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiómem me-
am, * Dóminus oratiómem meam suscépit.

Erubéscant, et conturbéntur vehémén-
ter omnes inimíci mei: * convertántur et
erubéscant valde velóciter.

Glória Patri. cuiq; se autose imp: mur:

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum.

R. Glória tibi, Dómine.

Dum Sacerdos dicit Sequéntia sancti, etc. signum crucis faciat super se in fronte, super os, et super pectus, et similiiter super infirmum, si vir fuerit; si vero femina fuerit, dum Sacerdos se signat, per semetipsam in locis prædictis se signet. Hoc idem in sequenti Evangelio observatur.

In illo témpore: Cum introísset Jesus Ca-phárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus jacet in domo paralýticus, et male torqué-tur. Et ait illi Jesus: Ego véniam, et cu-rábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílités, et dico huic Vade, et vadit; et álii Veni, et venit; et servo meo Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen dico vobis, non invéni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte, et Occidénte vénient, et recúmbent cum

Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælorum: filii autem regni ejiciéntur in ténebras exteriores: ibi erit fletus, et stridor déntium. Et dixit Jesus centurióni: Vade, et sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

R). Deo grátias.

V. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Virtútum cælestium, Deus, qui ab humánis corpóribus omnem languórem, et omnem infirmitátem præcepti tui potestáte depéllis: adésto propítius huic fámulo tuo (*vel* fámulæ tuæ), ut fugátis infirmitáibus, et víribus recéptis, nomen sanctum tuum instauráta prótinus sanitáte benedícat. Per Dóminum nostrum. R). Amen.

Psalmus 19

Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis: * prótegat te nomen Dei Jacob. Mittat tibi auxílium de sancto: * et de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrificíi tui: * et holocáustum tuum píngue fiat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum: * et omne consílium tuum confírmet.

Lætabimur in salutári tuo: * et in nōmine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de cælo sancto suo: * in potentátibus salús déxteræ ejus.

Hi in cùrribus, et hi in equis: * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt: * nos autem surréximus et erécti sumus.

Dómine, salvum fac regem: * et exáudi nos in die, qua invocavérimus te.

Glória Patri.

Ant. Média vita in morte sumus: quem quáerimus adjutórem, nisi te, Dómine, qui pro peccátis nostris juste irásceris? * Sancte Deus, sancte fortis, sancte et misériors Salvátor, amáræ morti ne tradas nos. **V.** Ne projícias nos in témpore senectútis: cum defécerit virtus nostra, ne derelínquas nos Dómine. * Sancte Deus.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster.

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Miserére mei, Dómine, quóniam infírmus sum.

R. Sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ómnia ossa mea.

V. Post partum, Virgo, inviolato permansisti.

R. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

V. Angelis suis Deus mandavit de te.

R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

V. Ora pro nobis, beáte Pater Domíne.

R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

V. Salvum fac servum tuum (*vel salvam fac ancíllam tuam, et sic infra, si infirmans fuerit femina*).

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Mitte ei, Dómine, auxílum de sancto.

R. Et de Sion tuére eum (*vel eam*).

V. Nihil proficiat inimícus in eo (*vel ea*).

R. Et filius iniquitatis non appónat nōcere ei.

V. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnipotens sempitérne Deus, infirmitatem fámuli tui propítius résponce, atque ad protegéndum eum déxteram tuæ maje statis exténde.

Concéde hunc fámulum tuum, quæsumus
Dómine Deus, perpétua mentis et cór-
poris salúte gaudére: et gloriósa beátæ
Maríæ semper Vírginis intercessióne, a
præsénti liberári tristítia, et ætérlna pér-
frui lætitia.

Deus, qui miro órdine Angelórum mini-
stéria, hominúmque dispénsas: concéde
propítius, ut a quibus tibi ministrántibus
in cælo semper assístitur, ab his in terra
vita nostra muniátur.

Concéde, quæsumus omnípotens Deus:
ut qui peccatórum nostrórum póndere
prémissimur, beáti Domínici Confessóris tui
Patris nostri patrocínio sublevémur.

Deus, qui factúræ tuæ semper pio domi-
náris afféctu: inclína aureum tuam sup-
plicatiónbis nostris, et fámulum tuum ex
advérsa valetúdine córporis laborántem pla-
cátus résponce, et vísita in salutári tuo, et
cælestis grátiæ præsta ei medicínam. Per
Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Completa ultima Oratione Sacerdos
utramque manum ponat super caput infirmi,
et dicat Orationem de beato Vi-
ncentio, qua utebatur S. Ludovicus Ber-
trandus.

Super ægros manus impónent, et bene
habébunt. Jesus Maríæ Fílius, mundi
salus et Dóminus, qui te traxit ad fidem

cathólicam, te in ea consérvet, et beátum
(vel beátam) fáciat, et méritis beátæ Vir-
ginis Mariæ, et beáti Domíni Patris no-
stri, et beáti Vincéntii, et ómnium Sanctó-
rum te ab hac infirmitáte liberáre dignétur.

Postea dicat signando se ut supra:

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Ínitium sancti Evangélii secúndum Joán-
nem.

R. Glória tibi Dómine.

In princípio erat Verbum, et Verbum erat
apud Deus, et Deus erat Verbum. Hoc
erat in princípio apud Deum. Omnia per
ipsum facta sunt: et sine ipso factum est
nihil, quod factum est. In ipso vita erat,
et vita erat lux hóminum: et lux in téne-
bris lucet, et ténebræ eam non compre-
hendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui
nomen erat Joánnes. Hic venit in testi-
mónium, ut testimónium perhibéret de lú-
mine, ut omnes créderent per illum. Non
erat ille lux, sed ut testimónium perhibé-
ret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúmi-
nat omnem hóminem veniéntem in hunc
mundum. In mundo erat, et mundus eum non co-
gnóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt
eum, dedit eis potestátem fílios Dei fieri,

his qui credunt in nōmine ejus; qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt (**hic genuflect.**) Et VERBUM CARO FACTUM EST, et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiæ et veritátis.

R]. Deo grátias.

V]. Dóminus vobíscum.

R]. Et cum spíritu tuo.

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum.

R]. Glória tibi Dómine.

In illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Jesus, et exprobrávit incredulitátem eórum et durítiam cordis; quia iis qui víderant eum resurrexisse non credidérunt. Et dixit eis: Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit et baptizátus fúerit, salvus erit: qui vero non credíderit condemnábitur. Signa autem eos qui credíderint, hæc sequéntur: In nōmine meo dæmónia ejícent: linguis loquéntur novis: serpéntes tollent: et si mortíferum quid biberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, et bene habébunt.

R]. Deo grátias.

Post subjungat:

Dóminus Jesus Christus apud te sit, ut te deféndat: intra te sit, ut te consérvet: ante te sit, ut te dedúcat: post te sit, ut te custódiat: super te sit, ut te bene dícat: Qui cum Patre et Spíritu Sancto in unitáte perfécta vivit et regnat per ómnia sæculórum. **R.** Amen.

Benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílli, et Spíritus Sancti descéndat super te, et máneat semper. **R.** Amen.

Deinde aspergat infirmum vel infirmos aqua benedicta.

ALIA BREVIOR ORATIO

DE S. VINCENTIO FERRERIO PRO INFIRMIS

Sacerdos utramque manum ponat super caput infirmi, et dicat:

Super ægros manus impónet, et bene habébunt. Jesus Maríæ Fílius, mundi salus et Dóminus, qui te traxit ad fidem cathólicam, te in ea consérvet et beátum fáciat, et méritis beátæ Vírginis Maríæ, et beáti Domínici Patris nostri, et beáti Vincéntii, et ómnium Sanctórum, te ab hac infirmitáte liberáre dignétur.

Postea dicat:

¶. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Inítiū sancti Evangélii secúndum Joán-nem.

In princípio erat Verbum, ut supra,
pag. 76.

Quo finito subjungat:

Dóminus Jesus Christus apud te sit, ut te deféndat: intra te sit. ut te consérvet: ante te sit, ut te dedúcat: post te sit, ut te custódiat: super te sit, ut te be-ne dícat: Qui cum Patre et Spíritu Sancto in unitáte perfécta vivit et regnat per ómnia sǽculórum. R]. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis Patris, et Fílli, ☧ et Spíritus Sancti descéndat su-per te, et máneat semper. R]. Amen.

BENEDICTIO APOSTOLICA
CUM INDULGENTIA PLENARIA
IN ARTICULO MORTIS

Benedictio Apostolica cum indulgentia plenaria in articulo mortis cum soleat impertiri post Sacra-menta Pœnitentia, Eucha-ristiæ et Extremæ Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verisimi-liter petiissent, vel dederint signa contritionis; impertienda iisdem est, etiam si postea linguæ, ceterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amen-tiam inciderint. Excommunicatis vero, im-

pœnitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.

Sacerdos qui infirmo assistat, superpelliceo et stola violacea indutus, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic dōmui, R). Et ómnibus habitántibus in ea, ac deinde ægrotum, cubiculum et circumstantes aspergit aqua benedicta, dicens **Antiphonam**: Aspérge me, Dómine, hyssópo et mundábor, lavábis me, et super nivem dealbábor.

Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiatur illum, et absolvat. Si Confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus Benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat atque hortetur ut sanctissimum nomen Jesu, corde saltem invocet, morbi incommoda ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit.

Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens fore ut ex divinæ munificentiæ largitate eam pœnarum remissionem, et vitam sit consecuturus æternam.

Quando hujusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmis impertitur, omnia

dicantur semel ut infra, singulari tamen numero in pluralem immutato.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Ant. Ne reminiscaris, Domine, delicta famuli tui (*vel* ancillæ tuæ), neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kýrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie, éléison.

Pater noster.

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum (*vel* Salvavam fac ancillam tuam).

R. Deus meus sperántem in te.

V. Domine, exaudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dominus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolatiónis, qui néminem vis perire in te credéntem atque sperántem: secundum multitúdinem miserationum tuarum résponce propítius fámulum tuum N., quem (*vel* ancillam tuam N., quam) tibi vera fides et spes christiana comméndant. Vísita eum (*vel* eam) in salutari tuo, et per Unigeniti tui Passióinem

et mortem, ómnium ei delictórum suórum remissiónem et véniam cleménter indúlge: ut ejus ánima in hora éxitus sui te júdicem propitiátum invéniat, et in Sánguine ejús-dem Fílii tui ab omni mácula ablúta, transíre ad vitam mereátur perpétuam. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R). Amen.

Tum dicto ab uno ex adstantibus Confítetur, Sacerdos dicat: Misereátur et Absolutióinem; deinde:

Dóminus noster Jesus Christus Fílius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, per suam piíssimam misericórdiam recípiat confesiónem tuam, et restítuat tibi stolam primam, quam in Baptísmate recepísti: et ego, facultáte mihi ab Apostólica Sede tribúta, Indulgéntiam plenáriam et remissiónen ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti. R). Amen.

Per sacrosáncta humánae reparatiónis mystéria, remíttat tibi omnípotens Deus omnes præséntis et futuræ vitæ pœnas, Paradísi portas apériat, et ad gáudia sempitérna perdúcat. R). Amen.

Benedícat te omnípotens Deus Pater, et Fílius, ☩ et Spíritus Sanctus. R). Amen.

T Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum suppetat tempus, statim Sacerdos benedictionem ei impertiatur, dicendo.

Ego, facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris, et Filii, ☩ et Spiritus Sancti. **R.** Amen.

Per sacrosancta, etc., ut supra.

Benedicat te, etc., ut supra.

In casu vero necessitatis sufficit dicere:

Ego, facultate mihi ab Apóstolica Sede tributa, indulgentiam plenariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo, et benedico te. In nomine Patris, et Filii, ☩ et Spiritus Sancti. **R.** Amen.

FORMULA ABSOLUTIONIS GENERALIS

PRO REGULARIBUS

Fratres et Sorores lucrantur Indulgentiam plenariam, si confessi et sacra Communione refecti, adhibita sequenti formula a Superioribus Ordinis vel ab aliis Religiosis ab ipsis deputatis. (Sorores ab earum Confessario, vel ab alio Sacerdote, etiam non approbato ad earum confessiones audiendas, ab Ordinario tamen delegato). Ab-

solutionem generalem acceperint et juxta mentem Summi Pontificis oraverint.

Religiosi istam Absolutionem accipere possunt, etiam privatim, in pervaigilio festorum, quibus est annexa, illi vero qui legitimo impedimento detinentur, a Superiori dignoscendo, quominus in die assignata illam recipere possint, uno ex septem diebus festum immediate sequentibus.

¹ Dies isti sunt:

Nativitas Domini,
Circumcisionis,
Epiphaniæ,
Paschatis Resurrectionis,
Ascensionis,
Pentecostes,
Sanctissimæ Trinitatis,
Corporis Christi,
Sacratissimi Cordis Jesu,
Purificationis Beatæ Mariæ Virginis,
Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis,
Visitationis Beatæ Mariæ Virginis,
Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis,
Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis,
Sacratissimi Rosarii Beatæ Mariæ Virginis,
Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis,
Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis,
Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli,
Omnium Sanctorum,
Sancti Patris Dominici,
Sancti Thomæ Aquinatis,
Sanctæ Catharinæ Senensis,
Omnium Sanctorum Ordinis,
Singulis diebus hebdomadæ sanctæ,
Et die qua terminatur visitatio canonica (*Pius X.*,
12 augusti 1908).

Ant. Ne reminiscáris, Dómine, delicta nostra vel paréntum nostrórum, neque vindictam sumas de peccátis nostris.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram, ut nos et omnes fámulos tuos, quos (*vel* fámulas tuas, *quas*) delictórum caténa constríngit, miserátkio tuæ pietatis cleménter absolvat.

Exaudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgentiam tríbuas benígnus et pacem.

In effábilem nobis, Dóimne, misericórdiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, *quas* pro his merémur, erípias.

D^eus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris; preces pópuli tui supplicántis propítius résponce, et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Christum Dóminum nostrum.

R^q. Amen.

Confíteor etc., Misereártur etc. et Absolutiónem etc.

D^óminus noster Jesus Christus per mérita suæ sacratíssimæ Passiónis vos absolvat, et grátiam suam vobis infúndat. Et ego, auctoritáte ipsíus, et beatórum Apostolórum Petri et Pauli et Summórum Pontíficuum Ordini nostro ac vobis concéssa et mihi in hac parte commíssa, absólvo vos ab omni vínculo excommunicatiónis (suspenziónis) et interdícti, si quod forte incurristis, et restítuo vos unióni et participatióni fidélium, necnon sacrosánctis Ecclésiæ Sacraméntis. Item eádem auctoritáte absólvo vos ab omni transgressióne votórum et régulæ, constitutiónum, ordinatiónum et admonitiónum majórum nostrórum, ab ómnibus pœniténtiis oblítis, seu étiam negléctis, concédens vobis remissióne et indulgéntiam ómnium peccatórum, quibus contra Deum et próximum fragilitáte humána, ignorántia, vel malítia deliquistis, ac de quibus jam conféssi (vel) conféssæ)

estis. In nōmine Patris, et Filii, ☩ et Spíritus Sancti. R). Amen.

Si detur Absolutio Sororibus vel solis Fratribus Conversis, omittatur vox suspen-siónis.

Absolutionis generalis cum Indulgentia plenaria præcedentem formulam nonnisi in festivitatibus supra recensitis usurpare li-citum est. Cum autem in diversis alterius modi casibus generalem Absolutionem Fra-tribus dare Præsides jubeantur, aut ab Or-dinis ipso primordio consueverint, nempe ante canonicam electionem, cui Absolutio a censuris præmittenda est, in Capitulis generalibus et provincialibus et in quibus-dam aliis rerum articulis hæc jugi usu fir-mata formula recitetur :

FORMULA ABSOLUTIONIS ANTE ELECTIONEM
CANONICAM ET IN ALIIS QUIBUSDAM RE-
RUM ARTICULIS FRATRIBUS IMPERTIENDÆ

Dicto a Fratribus Confiteor, dicat qui
præest :

Misereátur vestri omnípotens Deus, et
dimittat vobis ómnia peccáta vestra : líberet
vos ab omni malo, salvet et confírmet in
omni ópere bono, et perdúcat vos ad vitam
ætérnam.

Responso a Fratribus Amen, subdat qui præest:

Si tenémini áliquo vínculo excommuni-catióni, suspensióni et interdícti, in quantum se exténdunt grátiæ et privilégia Ordini nostro indúltæ, mihi commíssa et vobis concéssa, ego absólvo vos, et restítuo vos sacrosánctis Sacraméntis Ecclésiæ, communíoni et unitáti fidélium: In nómine Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti.

R]. Amen.

Item eádem auctoritáte ego dispénso vobíscum super irregularitaté (**sive** irregularitatibus), si quam (**vel** si quas), contraxístis, et habílito vos exsecutióni Ordinum et officiorum vestrórum.

Item eádem auctoritáte absólvo vos ab omni transgressióne Régulæ et Constitutiónum et admonitiónum Majórum vestrórum, et ab omni pœniténtia oblita et neglécta; et máxime a pœna, quæ debétur propter fractiónem siléntii inter duo Capítula (et in mensa), et ab ómnibus áliis, de quibus consuévit fieri absolútio in consimílibus Solemnitatibus, (**vel** Capítulis) ut sitis absolúti hic, et ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, habeatísque vitam ætérnam, et vivátis in sácula sácu-lórum.

R]. Amen.

Verba et in mensa, nonnisi a Magistro Ordinis, aut a Vicario Generali Ordinis, aut a Priore Provinciali aut a Vicario Provinciali, aut a Vicario Congregationis aut ab eo qui expressam ab eis facultatem habererit, dici possunt.

Postea pœnitentiam injungat ad libitum suum.

FORMULA ABSOLUTIONIS ANTE ELECTIONEM CANONICAM ET IN ALIIS QUIBUSDAM RERUM ARTICULIS SORORIBUS IMPERTIENDÆ

Dicto Confiteor, et Misereátur, ut supra, subdat qui præest:

Si tenémini áliquo vínculo excommunicatióni et interdícti, in quantum se exténdunt grátiæ et privilégia Ordini nostro indúlta, mihi commíssa et vobis concéssa, ego absólvo vos, et restítuo vos sacrosánctis Sacraméntis Ecclésiæ, communióni et unitáti fidélium. In nómine Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti. Amen.

Item eádem auctoritaté absólvo vos ab omni transgressióne Régulæ et Constitutionum et admonitionum Majórum vestrórum, et ab omni pœniténtia oblita et néglécta, et máxime a pœna, quæ debétur propter fractiónem siléntii inter duo Capítula (et in mensa), et ab ómnibus áliis, de quibus consuévit fieri absolútio in con-

similibus Solemnitatibus (*vel* Capitulis) : ut sitis absolutæ hic, et ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, habeatisque vitam æternam, et vivatis in sæcula sæculorum.

R). Amen.

Verba et in mensa, nonnisi a Mogistro Ordinis, aut a Vicario Generali Ordinis, aut a Priore Provinciali, aut a Vicario Provinciali, aut a Vicario Congregationis aut ab eo qui ab eis facultatem habuerit, aut a Sororum Præposito dici possunt.

Postea pœnitentiam injungat ad libitum suūm.

FORMA BREVIOR RECIPIENDI AD HABITUM
ET AD PROFESSIONEM IN TERTIO ORDINE
BEATI PATRIS NOSTRI DOMINICI

Quando extra Fratrum aut Sororum congregationem, fit receptio sive ad habitum sive ad professionem Tertii Ordinis B. P. Dominici, omissis pluribus quæ in ejusdem Tertii Ordinis MANUALIBUS LIBRIS notantur, potest brevior hæc forma servari.

Facultatem habens qui recipit, sive a R̄mo P. Magistro Generali, sive ab A. R. P. Provinciali, induat cappam Ordinis et stolam accedatque ad altare cum Ministro deferente cereum et aquam benedictam. Tunc accendantur duo cerei altaris et ha-

bitus benedicendus ponatur ad cornu Epistolæ.

Genuflexo qui recipiendus est ad habitum aut professionem, Sacerdos dicat (si vult, in vulgari lingua):

Quid petis?

Illo autem respondente, Misericórdiam Dei et vestram, Sacerdos, si vult, recipiendum pie exhortatur: quo facto, benedit habitum prout sequitur. (Si vero fiat professio, omissa benedictione habitus, immediate dicatur Hymnus Veni Crátor, ut pag. 93.

¶ Benedictio habitus

R. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

R. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui tégimen nostræ mortalitatis indúere dignátus es: obsecrámus imménsæ largítatis tuæ abundántiam, ut hoc genus vestimentórum, quod sancti Patres ad innocéntiæ et humilitatis indícium ferre sanxérunt, ita bene dícere dignéris, ut qui hoc usus fúerit te indúere mereátur (*vel* quæ hoc usi fúerit te indúere mereátur, *vel* qui hoc usi

fúerint te indúere mereántur, **vel** quæ hoc usæ fúerint te indúere méreántur). Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Aspergatur habitus aqua benedicta;
aspergatur etiam recipiendus, vel asper-
gantur recipiendi a Sacerdote dicente:

¶ **Pro uno vel una**

Aspérgat étiam te Dóminus, nostris jam nunc véstibus induéndum (**vel** induéndam) hyssópo, et mundéris: quátenus mundátus et super nivem in mente dealbátus (**vel** quátenus mundáta et super nivem in mente dealbáta), sic nostra forínsecus gérere váleas induménta, ut bonórum tuórum óperum exémplo, fias ómnibus quibúscum conversáberis odor vitæ in vitam; ne forte per mala ópera tua blasphemétur verbum Dei, et vituperétur ministérium nostrum. **R.** Amen.

¶ **Pro pluribus**

Aspérgat étiam vos Dóminus nostris jam nunc véstibus induéndos (**vel** induéndas) hyssópo, et mundémini: quátenus mundáti et super nivem in méntibus dealbáti (**vel** quátenus mundátæ et super nivem in méntibus dealbátæ), sic nostra forínsecus gérere valeátis induménta, ut bonórum vestrórum óperum exémplo fiátis ómnibus quibúscum conversabímini odor

vitæ in vitam: ne forte per mala ópera
vestra blasphemétur verbum Dei, et vitu-
perétur ministérium nostrum. **R.** Amen.

Tunc, ubi usus fuerit, detur recipiendo
cereus accensus seu recipiendis dentur ce-
rei accensi. Sacerdos autem versus ad al-
táre dicat cum adstántibus, flexis génibus
ad primam stropham:

Hymnus

Veni, Creador Spíritus,
Mentes tuórum vísta:
Implé supérra grátia
Quæ tu creásti péctora.

Qui Paráclitus díceris,
Donum Dei altíssimi,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dextræ Dei tu dígitus,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,
Infírma nostri córporis
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus:
Ductóre sic te právio,
Vítémus omne nójum.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium,
Te utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Sit laus Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito :
Nobísque mittat Fílius
Charísmata Sancti Spíritus.
Amen.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie,
eléison.

Pater noster.

V. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.

R. Et renovábis fáciem terræ.

V. Ora pro nobis, beáte Pater Domí-
nice.

R. Ut digni efficiámur promissiónibus
Christi.

V. Lætámini in Dómino, et exsultáte
justi.

R. Et gloriámini omnes recti corde.

V. Salvum fac servum tuum (**vel** Sal-
vam fac ancíllam tuam, **vel** Salvos fac ser-
vos tuos, **vel** Salvas fac ancíllas tuas).

R. Deus meus, sperántem (**vel** sperán-
tes) in te.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

¶ Duæ sequentes Orationes dicuntur in receptione ad habitum. Ad professionem vero dicantur duæ Orationes infra suo loco notandæ.

¶ Si autem plures personæ, aliæ ad habitum, aliæ ad professionem simul recipiantur, post Orationes, quæ susceptionis habitus propriæ sunt, dicuntur illæ, quæ professionis propriæ sunt. Idem observe-
tur post Hymnum Te Deum.

¶ In receptione ad habitum

¶ Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut fámulus tuus, qui (*vel* fámula tua, quæ) peccatórum suórum póndere prémitur, his indútus (*vel* indúta) pœnitentiæ vestimén-
tis, beáti Domínici Confessóris tui Patris nostri patrocínio sublevétur.

Oratio

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut ad meliórem vitam Sanctórum Ordinis nostri exémpla hunc fámulum tuum (*vel*

hanc fámulam tuam) succúrrant et próvo-
cent: quátenus quorum sacram pœnitentiæ
vestem gérere cupit, étiam virtútum acti-
ones imitétur.

¶ **Pro pluribus**

Orémus.

Oratio

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut
fámuli tui qui (*vel* fámulæ tuæ quæ)
peccatórum suórum póndere premúntur;
hic indúti (*vel* indútæ) pœnitentiæ vesti-
méntis, beáti Domínici Confessóris tui Pa-
tris nostri patrocínio sublevéntur.

Oratio

Concéde, quæsumus omnípotens Deus:
ut ad meliórem vitam Sanctórum Or-
dinis nostri exémpla hos fámulos tuos (*vel*
has fámulas tuas) succúrrant et próvocent:
quátenus quorum sacram pœnitentiæ ve-
stem gérere cùpiunt, étiam virtútum acti-
ones imiténtur.

¶ **Ad professionem**

¶ **Pro uno vel una**

Orémus.

Oratio

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut
fámulus tuus, qui (*vel* fámula tua, quæ)
peccatórum suórum póndere prémitur, hanc
pœnitentiæ Régulam professúrus (*vel* pro-
fessúra) beáti Domínici Confessóris tui Pa-
tris nostri patrocínio sublevétur.

Oratio

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut ad meliòrem vitam Sanctórum Ordinis nostri exémpla hunc fámulum tuum (*vel* hanc fámulam tuam) succúrrant et próvocent: quátenus pœniténtiæ Régulam, quam professúrus est (*vel* professúra est) váleat eórum méritis et intercessiónibus adimplére.

¶ Pro pluribus

Orémus.

Oratio

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut fámuli tui, qui (*vel* fámulæ tuæ, quæ) peccatórum suórum póndere premúntur, hanc pœniténtiæ Régulam professúri (*vel* professúræ) beáti Domínici Confessóris tui Patris nostri patrocínio sublevéntur.

Oratio

Concéde, quæsumus omnípotens Deus: ut ad meliòrem vitam Sanctórum Ordinis nostri exémpla hos fámulos tuos (*vel* has fámulas tuas) succúrrant et próvocent: quátenus pœniténtiæ Régulam, quam professúri sunt (*vel* professúræ sunt) váleant eórum méritis et intercessiónibus adimplére.

Tam in receptione ad habitum quam in receptione ad professionem additur hæc

Oratio:

¶ Pro uno vel una

Orémus.

Oratio

Præténde, Dómine, fámulo tuo (*vel* fámulo tuæ) déxteram cælestis auxílii: ut te toto corde perquirat, et quæ digne póstulat assequátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

¶ Pro pluribus

Orémus.

Oratio

Præténde, Dómine, fámulis tuis (*vel* fámulabús tuis) déxteram cælestis auxílii: ut te toto corde perquirant, et quæ digne póstulant assequántur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

¶ In receptione ad habitum

Dicta Oratione Præténde, Sacerdos cingit novitium, vel scapulare ei imponit.

Dum eum cingit, dicit:

Præcíngrat te Dóminus zona justitiæ, et cíngulo puritatis, quo váleas multiplícates hujus sǽculi in uníus Dei amórem collígere, et sub jugo ratiónis, et divinæ voluntatis império vinctos, rebélles afféctus súbditos continére. **R.** Amen.

Dum scapulare ei imponit, dicit:

Accipe sancti Ordinis nostri Scapuláre, potíssimam prædicatóriæ nostræ vestis partem, matérnum de cælo beatíssimæ Vir-

ginis Mariæ in nos amoris pignus, sub cuius pennis et scápula erit tibi umbráculum ab æstu, et ab omnibus tam cōrporis quam animæ periculis in vita et in morte propugnáculum et munímen R). Amen.

Postea Sacerdos recipiat Fratrem ad osculum pacis: Sorori vero tradat inferiorem partem stolæ vel scapularis osculan-dam.

¶ In receptione ad professionem

Dicta Oratione Præténde, Novitus, co-ram Sacerdote genuflexus et, ubi usus fuerit, una manu librum Regulæ, cereum vero accensum altera manu gestans, faciat pro-fessionem, hoc modo:

A d honórem Dei omnipoténtis, Patris, et Fílli et Spíritus Sancti, et beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti Domínici, ego Frater N. (vel Soror N.) coram vobis N. Directóre et N. Prióre Fratrum (vel et N. Prioríssa Sorórum) Ordinis de Pœniténtia beáti Domínici talis loci, profíteor me velle de cétero vívere secúndum Régulam et formam Fratrum et Sorórum ejúsdem Ordinis de Pœniténtia beáti Domínici usque ad mortem.

¶ Qui aut quæ privatim profitetur, omissa mentione Directoris et Prioris aut

Priorissæ, dicit: Ego N. coram te N. Et si recipiens delegatus fuerit, addat profi-
tens: vice N.

Postea Sacerdos recipiat Fratrem ad osculum pacis; Sorori vero tradat inferio-
rem partem stolæ vel scapularis osculan-
dam; et sive post vestitionem sive post
professionem, dicatur alternativum Canticum:

Te Deum laudámus: * te Dóminum con-
fitémur.

Te ætérrnum Patrem * omnis terra vene-
rátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cæli et uni-
vérsæ potestátis:

Tibi Chérubim et Séraphim * incessá-
bili voce proclámant:

Sanctus.

Sanctus.

Sanctus * Dóminus Deus Sábaoth,

Pleni sunt cæli et terra * majestátis
glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolórum chorus,

Te Prophetárum * laudábilis númerus,

Te Mártyrum candidátus * laudat exér-
citus.

Te per orbem terrárum * sancta confi-
tétur Ecclésia,

Patrem * imménsæ majestátis:

Venerándum tuum verum * et únicum
Fílium :

Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ * Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Fílius.

Tu, ad liberándum susceptúrus hómi-
nem. * non horruísti Vírginis úterum.

Tu, devícto mortis acúleo, * aperuísti
credéntibus regna cælórum.

Tu ad déxteram Dei sedes * in glória
Patris.

Judex créderis * esse ventúrus.

Te ergo quæsumus, tuis fámulis súb-
veni, * quos pretioso Sánguine rede-
místi.

Ætérrna fac cum Sanctis tuis * in glória
numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, *
et bénedic hereditati tuæ.

Et rege eos, * et extólle illos usque in
ætérrnum.

Per síngulos dies * benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in sǽculum, *
et in sǽculum sǽculi.

Dignáre, Dómine, die isto * sine peccáto
nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine, * miserére no-
stri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super
nos, * quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi, * non confúndar
in ætérrnum.

V. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus, et superexaltémus eum in sácula.

V. Ora pro nobis beáte Pater Domínice.

R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

V. Esto ei (*vel* eis), Dómine, turris fortitudinis.

R. A fácie inimíci.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Tam post receptionem ad habitum quam post receptionem ad professionem.

Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitatis infinitus est thesáurus: tuæ piíssimæ majestáti pro collátis pœnitentiæ donis fámulo tuo (*vel* fámulæ tuæ) grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta concédis, eúmdem fámulum tuum (*vel* eámdem fámulam tuam) non déserens, ad majóra obséquia tibi deferénda dispónas.

¶ Pro pluribus

Oratio

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitatis infinitus est thesáurus: tuæ piíssimæ majestáti pro collátis pœ-

nítentiæ donis fámulis tuis (*vel* famulábus tuis) grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem fámulos tuos (*vel* eásdem fámulas tuas) non déserens, ad majóra obsequia tibi deferénda dispónas.

¶ Post receptionem ad habitum

Dicta Oratione Deus cujus misericórdiæ, ut supra, dicuntur a Sacerdote sequentia:

¶ Pro uno vel una
Oratio

Deus, qui fámulum tuum (*vel* fámulam tuam) a sǽculi vanitáte convérsum (*vel* convérsam) ad bravíum supérnæ vocatiónis accéndis: grátiam ei qua in te persevéret infúnde: ut intercedénte beáto Dómínicu Patre nostro, cujus hodiérrna die pœnitentiæ Régulam animóse ampléxus est (*vel* ampléxa est), sic ejúsdem assíduus fiat æmulátor (*vel* assídua fiat æmulátrix), ut quod te donánte nunc incépit, te eódem auxiliánte júgiter in sequéntibus váleat adimplére.

Dómine Jesu Christe, qui pro salúte nostra humánam natúram suscípiens, te vestiménto carnis indúere dignátus es: infúnde, quáesumus, benedictiōnem tuam sanctam in hunc fámulum tuum, quem (*vel*

in hanc fámulam tuam, quam) induméntis pœnitentiæ vestívimus, ut tirocíniis ejúsdem pœnitentiális Régulæ felíciter explé-tis, te promovénte, in mensúram ætátis plenitúdinis tuæ gaudens occúrrat. Qui vi-vis et regnas. R). Amen.

¶ Pro pluribus

Oratio

D eus, qui fámulos tuos (*vel* fámulas tuas) a sǽculi vanitáte convérsos (*vel* con-vérsas) ad bravíum supérnæ vocatiónis accéndis: grátiam eis qua in te persevér-ent infúnde: ut intercedénte beáto Domí-nico Patre nostro, cuius hodiérna die pœ-nitentiæ Régulam animóse ampléxi sunt (*vel* ampléxæ sunt) sic ejúsdem assídui fiant æmulatóres (*vel* assíduæ fiant æmu-latrices), ut quod te donánte nunc incepé-runt, te eódem auxiliánte júgiter in se-quéntibus váleant adimplére.

D ómine Jesu Christe, qui pro salúte no-stra humánam natúram suscípiens, te vestiménto carnis indúere dignátus es: infúnde, quæsumus, benedictiōnem tuam sanctam in hos fámulos tuos, quos (*vel* in has fámulas tuas, quas) induméntis pœni-tentiæ vestívimus, ut tirocíniis ejúsdem pœnitentiális Régulæ felíciter explé-tis, te promovénte, in mensúram ætátis plenitú-

dinis tuæ gaudéntes occúrrant. Qui vivis et regnas. R). Amen.

Deinde Sacerdos receptum seu receptos ad habitum aspergat aqua benedicta, dicens:

Benedictio Dei omnipoténtis Patris, et Filii, ☩ et Spíritus Sancti descéndat super te (*vel* super vos), et máneat semper. R). Amen.

Postea Novitio seu unicuique Novitiorum, si voluerit nomen novum imponat, aliqua exhortationis verba subjungat, versusque ad altare dicet:

¶. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R), Qui fecit cælum et terram.

¶ Post professionem

Dicta Oratione Deus, cuius misericórdiæ, ut pag. 102, dicuntur a Sacerdote sequentia:

¶ Pro uno vel una

Oratio

Odórem suavitatis sacrificii cordis cum gratiarum actionibus suscipe, quæsumus Dómine: et præsta, ut quem (*vel* quam) per annum exaudire et incolumem servare dignatus es, ab omni in pôsterum animæ et corporis adversitate custodias,

ut in tuo servítio persevérans, in tuo amóre concréscat.

Deus, qui renuntiántibus sǽculo mansiónes paras in cælo: diláta cor fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) cælestibus bonis: ut intercedénte beáto Domínico Patre nostro, sic concórdet vita illíus cum Pœniténtiæ nómine, ut proféssio illíus semper sentiátur in ópere. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

¶ Pro pluribus

Oratio

Odórem suavitatis sacrificii cordis cum gratiárum actiónibus súscipe, quæsumus Dómine: et præsta, ut quos (*vel* quas) per annum exaudire et incólumes serváre dignátus es, ab omni in pósternum ánimæ et córporis adversitáte custódias: ut in tuo servítio perseverántes, in tuo amóre concréscant.

Deus, qui renuntiántibus sǽculo mansiónes paras in cælo: diláta corda famulórum tuórum (*vel* famulárum tuárum) cælestibus bonis: ut intercedénte beáto Domínico Patre nostro, sic concórdet vita illórum (*vel* illárum) cum Pœniténtiæ nómine, ut proféssio illórum (*vel* illárum) semper sentiátur in ópere. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Postea Sacerdos noviter professum seu professos aspergat aqua benedicta, dicens:

Benedictio Dei omnipotentis Patris, et Filii, ☩ et Spiritus Sancti descendat super te (*vel* super vos), et maneat semper. R. Amen.

Postea, si voluerit, aliqua exhortationis verba subjungat, versusque ad Altare dicat.

Y. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Scribatur professio in libro ad hoc deputato, et detur Fratri instrumentum suæ professionis.

FORMULA ABSOLUTIONIS GENERALIS
PRO TERTIARIIS ORDINIS NOSTRI

Tertiarii Ordinis S. P. Dominici possunt consequi Indulgentiam plenariam per modum Absolutionis Generalis diebus istis: Nativitatis D. N. J. C., Paschatis, Pentecostes, Sanctissimi Corporis Christi, Immaculatae Conceptionis, Annuntiationis, Assumptionis et Sacratissimi Rosarii beatæ Mariæ Virg., S. P. Dominici et S. Catharinae Senensis, in Congregatione singulis mensibus habenda.

Sacerdos, superpelliceo et stola violacea
indutus, dicit:

Ant. Intret oratio mea in cinspectu tuo,
Dómine; inclína aurem tuam ad preces no-
stras; parce, Dómine, parce pôpulo tuo,
quem redemisti Sanguine tuo pretiôso: ne
in ætérnum irascáris nobis.

Kýrie, éléison. Christe, éléison. Kýrie,
éléison.

Pater noster.

V. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos (**vel** Salvas
fac ancíllas tuas).

R. Deus meus sperántes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxílum de
sancto.

R. Et de Sion tuére eos (**vel** eas).

V. Esto eis, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Nihil proficiat inimícus in nobis.

R. Et fílius iniquitátis non appónat no-
cére nobis.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper
et párcere, súscipe deprecationem no-
stram: ut nos et omnes fámulos tuos, quos

(*vel* fámulas tuas, quas) delictórum caténa constríngit, miserálio tuæ pietátis clemén-
ter absolvat.

Exáudi, quæsumus Dómine, súpplicum
preces, et confítentium tibi parce pec-
cátis, ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas
benígnus et pacem.

In effábilem nobis, Dómine, misericórdiam
tuam cleménter osténde: ut simul nos
et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis,
pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia
placáris: preces pópuli tui supplicán-
tis propítius résponce, et flagélla tuæ ira-
cundiæ, quæ pro peccátis nostris meré-
mur, avérte. Per Christum Dóminum no-
strum. **R.** Amen.

**Dicto deinde Confiteor, Misereáitur, Ab-
solutiónem, Sacerdos prosequitur:**

Dóminus noster Jesus Christus, qui beáto
Petro Apóstolo dedit potestátem ligándi
atque solvéndi, ille vos absolvat ab omni
vínculo delictórum, ut habeáatis vitam ætér-
nam et viváatis in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Per sacratíssimam Passiónem et mortem
Dómini Nostri Jesu Christi, précibus
et méritis beatíssimæ semper Vírginis Ma-
riæ, beatórum Apostolórum Petri et Pauli,

beati Patris nostri Domíni et ómnium Sanctórum, auctoritáte a Summis Pontifícibus mihi commissa, plenáriam Indulgéntiam ómnium peccatórum vestrórum vobis impértior. In nōmine Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti. R. Amen.

Cum Absolutio datur in Confessionali (et potest dari a quolibet Confessario) formula est hæc:

Dóminus noster Jesus Christus, qui beáto Petro Apóstolo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, ille te absolvat ab omni vínculo delictórum, ut hábeas vitam ætérnam et vivas in sǽcula sǽculórum.

R. Amen.

Per sacratíssimam Passiónem et mortem Dómini Nostri Jesu Christi, prémibus et méritis beatíssimæ semper Vírginis Maríæ, beatórum Apostolórum Petri et Pauli, beati Patris nostri Domíni et ómnium Sanctórum, auctoritáte a Summis Pontifícibus mihi commissa, plenáriam Indulgéntiam ómnium peccatórum tuórum tibi impértior. In nōmine Patris, ☩ et Fílii, et Spíritus Sancti. R. Amen.

Formula brevior

Auctoritáte a Summis Pontifícibus mihi concéssa, plenáriam ómnium peccatórum tuórum Indulgéntiam tibi impértior. In

nómine Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti. R]. Amen.

DE BENEDICTIONE PAPALI

Præter Absolutiones generales dari potest Tertiariis nostris bis in anno Benedic^{tio} Papalis cum Indulgentia plenaria, diebus magnæ solemnitatis ad arbitrium Directoris designandis, dummodo non eodem die et in eodem loco ubi Episcopus eam impertiat. Non tamen singulis Tertiariis privatim, sed adunatæ congregati^{on}i publice impertienda est; et in locis ubi nulla adest Tertiiorum congregatio, loco Benedictionis Papalis, concessa est Tertiariis facultas duas alias Absolutiones generales privatim recipiendi, post sacramentalem Confessionem.

Pro Benedictione Papali, Sacerdos, nullis circumstantibus ministris, cum cappa Ordinis, et stolam alba (vel superpelliceo et stola si sit Sacerdos sæcularis) ante altare genuflexus, dicat:

℣. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.

R]. Qui fecit cælum et terram.

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.

R]. Et bénedic hereditati tuæ.

℣. Dóminus vobíscum.

R]. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens et misericors Deus, da nobis auxílium de Sancto, et vota pópuli hujus in humilitáte cordis véniam peccatórum poscéntis, tuámque benedictiónem præstolántis et grátiam, cleménter exáudi: déxteram tuam super eum benígnus exténde, ac plenitúdinem divinæ benedictiónis effúnde, qua bonis ómnibus cumulátus felicitátem et vitam consequátur ætérnam. Per Christum Dóminum nostrum.

R). Amen.

Postea ad cornu Epistolæ accedat, et unico signo crucis dicat alta voce:

Benedícat vos omnípotens Deus, Pater, et Fílius, ☩ et Spíritus Sanctus.

R). Amen.

Absente vel impedito Directore, tam Absolutio generalis quam Benedictio Papalis impertiri potest a quolibet sacerdote, sive sæculari sive regulari ad sacramentales confessiones audiendas approbato (Ex decret. C. S. O., 15 dec. 1910).

Quinimmo eadem S. O. C. suo decreto 28 maji 1914 declaravit: « Superiores Regulares posse ad absolutionem generalem et benedictionem papalem impertiendam Tertiariis sæcularibus in propriis ecclesiis delegare sacerdotes sui Ordinis etiam non approbatos ad confessiones audiendas ».

RITUS INDUENDI PUEBUM, VEL PUELLAM,
EX DEVOTIOINE, VEL VOTO
HABITU ORDINIS NOSTRI

Benedictio vestimentorum

Sacerdos cum stola accedens ad altare, adstante pueru, vel puella, benedicat vestimenta hoc modo:

- V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.
- R. Qui fecit cælum et terram.
- V. Dómine, exáudi oratióne meam.
- R. Et clamor meus ad te véniat.
- V. Dóminus vobíscum.
- R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui pro salúte nostra humánam natúram suscípiens, te vestiménto carnis indúere dignátus es: benedictióne tua sancta béne ☩ dic induménta ista, quæ pro grátiis tibi exsolvéndis cum devotióne sanctóque voto, ac veneratióne beatíssimæ Mariæ semper Vírginis et beáti Domíni Patris nostri, párvulus iste (*vel* párvula ista) super se susceptúrus (*vel* susceptúra) est: infúnde in eum (*vel* in eam) quæsumus, tuam benedictiónem, ut cum primum indúerit hoc vestiméntum religióni símile, intercedénte beáto Domínico Patre

nostro, descéndat super eum (*vel* eam) grátia tua, quæ illum (*vel* illam) prótegat ab omni malo mentis et cónporis. Qui vivis et regnas per ómnia sǽcula sǽculórum.
R. Amen.

Deinde aspergat Sacerdos vestimenta, et puerum vel puellam aqua benedicta: postea eum vel eam exuens vestimentis sǽcularibus dicat:

Erípiat Deus de corde tuo sǽculi pompas, quibus abrenuntiásti, dum baptísmum suscíperes.

Postea induat eum vel eam tunica, et dicat:

Immíttat in te Dóminus sanctum religiōnis amórem, sanctóque fervóre succendáris, et árdeas cælestium bonórum desiderio.

Postmodum cingat eum vel eam díccendo:

Præcíngat te Dóminus zona justitiæ, ut immaculáta consérves ómnia mandáta ejus.

Postea ponat ei scapulare, et dicat:

Induat te Dóminus vestiméntis salútis, quæ per grátiam suam munda et immaculáta custódi: ut iis dignus (*vel* digna)

exsistas, qui secum ambulabunt in albis
in regno cælorum.

Deinde vestiens eum vel eam cappa,
dicat:

Induat te Dóminus Jesus Christus vesti-
mēto salútis, et indumēto justitiæ cir-
cúndet te.

Postea det ei candelam accensam in ma-
nibus, et dicat Ps. 112 Laudáte púeri,
pag. 120.

V. Osténde nobis, Dómine, misericór-
riam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui
tégimen nostræ mortalitatis indúere di-
gnátus es: obsecrámus imménsæ largítatís
tuæ abundántiam, quátenus púerum istum
(vel puéllam istam) quem (vel quam) há-
bitu sanctæ religiónis ad honórem tuum et
beatíssimæ Vírginis Maríæ et beáti Patris
nostri Domínici vestívimus, ita tua grátia
et benignitaté illustrare dignérис, quátenus
te indúere mereátur: Qui cum Patre et
Spíritu Sancto vivis et regnas per ómnia
sæcula sæculórum.

R. Amen.

Hac Oratione finita, puerum vel puellam ad altare offerat, et dicat:

Confirma hoc Deus in púero isto (*vel* puélla ista) quod in eo (*vel* ea) operári cœpísti a templo sancto tuo. Dedúcat eum (*vel* eam) Spíritus Sanctus in viam rectam, et benedictio tua sit super eum (*vel* eam) semper.

Poterit deinde dicere Orationem de B. Virgine: Prótege, Dómine, fámulum tuum (*vel* fámulam tuam) et Orationem de sancto Patre nostro Dominico.

Postea benedicat circumstantes dicendo: **B**enedictio Dei omnipoténtis Patris, et Fílli, ☩ et Spíritus Sancti descéndat super vos, et máneat semper. **R.** Amen.

ORDO AD EXUENDUM PUEBUM, VEL PUELLAM CUM PER ANNUM, VEL PLUS PORTAVERIT HABITUM PRÆFATUM EX VOTO, VEL DEVO-TIONE

Sacerdos cum stola veniens ad altare, præsentatum sibi puerum vel puellam a parentibus accipiens, eum vel eam exeundo habitu Ordinis dicat:

Réddite vota vestra Deo cum gratiarum actionibus. Vovéte et réddite Dómino Deo vestro omnes, qui in circúitu ejus affértis múnera.

Psalmus 116

Laudáte Dóminum, omnes Gentes: * laudáte eum, omnes pópuli:

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri.

Postea deponat habitum super altare vel donet parentibus, si voluerit, et dicat:

R. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

R. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

R. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætére
Deus, a quo omne bonum descéndit,
tibi grátias reférimus, et expléta vota réd-
dimus: súscipe vota nostra cum gratiárum
actiόnibus, et intercedénte beatíssima Fílli
tui Dómini nostri Jesu Christi Genitrice
María et beáto Domínico Patre nostro, huic
púero (**vel** puéllæ) de cétero mentis et cór-
poris præsta salútem, ut te Creatórem re-
cta fide colat, in te Redemptóre spem suam
confírmet, te bonum super ómnia díligat,
ac sanctis mandátis tuis semper obédat.

Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum. R). Amen.

Deinde omnibus benedicat, dicens:

Benedictio Dei omnipoténtis Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti descéndat super vos, et máneat semper. R). Amen.

Postea aspergat eos aqua benedicta, et dimittat in pace.

BENEDICTIO INFANTIS

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R). Qui fecit cælum et terram.

℣. Deus noster miserétur.

R). Custódiens párvulos Dóminus.

℣. Dómine, exáudi oratióñem meam.

R). Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

R). Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ante sǽcula génitus, in témpore tamen infans esse voluísti, et hujus ætátis díligis innocéntiam; qui párvulos tibi oblátos amánter compléxus es, iísque benedixísti, infántem istum præveni in benedictióníbus dulcédinis, et præsta, ne malítia mutet intelléctum ejus, eíque concéde, ut profi-

ciens ætate, sapiēntia et grātia, tibi semper placere valeat: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sácula sæculórum.

R]. Amen.

Deinde infantem aspergat aqua benedicta in modum crucis, dicens:

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fílli, ☩ et Spíritus Sancti, de-scéndat super te et máneat semper.

R]. Amen.

Si fuerint plures, Oratio et benedictio dicantur in numero plurali.

BENEDICTIO PUEGORUM

CUM PRÆSERTIM IN ECCLESIA PRÆSENTANTUR

Die et hora constitutis, pueri convenient in Ecclesiam, quos ibi a parentibus vel magistris associari maxime deceret, ut in silentio et modestia facilius se componant. Quibus per ordinem dispositis, et pueris a puellis, si adsunt, separatis, Sacerdos ad ipsos accedat, et brevissimo ac simplici sermone eos alloquatur, prout opportunum sibi visum fuerit.

Deinde stans versus eos, dicat:

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Ant. Laudáte púeri Dóminum, laudáte nomen Dómini.

Psalmus 112 incipit a secundo versu
Sit nomen Dómini.

Psalmus 112

Laudáte púeri Dóminum, * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc et usque in sǽculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudáibile nomen Dómini.

Excélsus super omnes Gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, * matrem filiorum lætántem.

Glória Patri.

Et repetitur Antiphona: Laudáte púeri Dóminum, laudáte nomen Dómini.

Qui Psalmus cum sua Antiphona, si paucis tantum, aut minus solemniter conferatur benedictio, omitti poterit.

Finito Psalmo et repetita Antiphona, Sacerdos dicit:

- V. Sínite párvulos venire ad me.
- R. Tálium est enim regnum cælórum.
- V. Angeli eórum.
- R. Semper vident fáciem Patris.
- V. Nihil profíciat inimícus in eis.
- R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére eis.
- V. Dómine, exáudi oratióne meam.
- R. Et clamor meus ad te véniat.
- V. Dóminus vobíscum.
- R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui párvulos tibi oblátos et ad te veniéntes compléxes, manúsque super illos impónens benedixísti eis atque dixísti: Sínite párvulos venire ad me, et nolítе prohibére eos, tálium est enim regnum cælórum, et Angeli eórum semper vident fáciem Patris mei; respice, quæsumus, ad puerórum (*vel* puellárum *si solæ adsunt puellæ*) præséntium innocéntiam, et ad eórum paréntum devotiónem, et cleménter eos (*vel* eas) hódie per ministérium nostrum béne  dic; ut in tua grátia et misericórdia semper profícient, te sápiant, te diligant, te tímeant, et mandáta tua custódiant et ad finem optátum felíciter pervéniant: per te,

Salvátor mundi, qui cum Patre et Spíritu
Sancto vivis et regnas, Deus, in sæcula
sæculórum.

R). Amen.

Orémus.

Defénde, quæsumus, Dómine, beáta Ma-
ría semper Vírgine intercedénte, istam
ab omni adversitéate familiam: et toto corde
tibi prostrátam, ob hóstium propítius tuére
cleménter insídiis. Per Christum Dómi-
num nostrum.

R). Amen.

Orémus.

Deus, qui ineffábili providéntia sanctos
Angelos tuos ad nostram custódiam
míttere dignáris: largíre supplícibus tuis;
et eórum semper protectióne deféndi et
ætérrna societáte gaudére. Per Christum
Dóminum nostrum.

R). Amen.

Postea manu dextera producens signum
crucis super pueros, benedit eos, dicens:

Benedícat vos Deus, et custódiat corda
vestra et intelligéntias vestras, Pa-
ter, et Fílius, ☩ et Spíritus Sanctus.

R). Amen.

Deinde aspergat pueros aqua benedicta
per modum crucis.

MODUS ERIGENDI CONFRATERNITATEM
SACRATISSIMI ROSARII

1. Præprimis Sacerdos a Reverendissimo P. Magistro Generali Ordinis Prædicatorum delegatus ad erigendam suo nomine et sua auctoritate Confraternitatem supradictam, conditionibus in litteris facultativis expressis diligenter stabit.

2. Confraternitatem erecturus, si loci et temporis adjuncta ita ferant, cum Rectore Confraternitatis mox instituendæ ad altare Confraternitati destinatum se conferat, ibique Hymnum Veni, Creañor, pag. 93 intonet, qui dum a choro absolvitur, ipse pulpitum ascendat, ac

3. De excellentia sacratissimi Rosarii sermonem instituat, prout in litteris facultativis præscribitur.

4. Finito sermone, cantari poterit antiphona aliqua in honorem B. Mariæ Virginis et alia, si libuerit, in honorem S. Patris Dominici, cum suis Versiculis et Orationibus.

5. Sacerdos delegatus, ad altare reversus, stola alba indutus, in suppedaneum ascendit, et versus ad populum, alta voce hanc declarationem facit:

Ego Frater N. Ordinis Prædicatorum (vel Ego N. Sacérdos), nōmine Reverendissimi Patris N. Magistri Generális Ordinis

Prædicatòrum, et auctoritaté ab ipso mihi delegata, instituo et érigo Confraternitatem Sacratissimi Rosárii Dei Genitricis Vírginis Mariæ in hac ecclésia sancti N., eámque institútam et eréctam declaro cum ómnibus grátiis, privilégiis et indulgentiis a Sancta Sede Confraternitátibus Sacratissimi Rosárii concéssis et concedéndis.

NB. - In tali declaratione consistit ipsa erectio Confraternitatis: quare, ad validitatem actus requiritur.

Additur :

Item Reveréndum Rectórem hujus ecclésiae sancti N., ejúsque in hoc múnere in pósterum pro tempore successórem, nunc erécta Confraternitatis Rectórem a prædícto Reverendíssimo Magístro Generáli nominátum atque institútum esse declaro, cum ómnibus júribus et facultátibus tali múnéri propriis.

Item hoc altáre (*vel* hanc capéllam) sancti N. Confraternitati addico atque addictum (*vel* addictam) declaro, ita ut ad illud (*vel* in ea) fidéles lucréntur Indulgéncias, quæ a Sancta Sede visitántibus capéllam seu altáre Confraternitatis concéssæ sunt. In nōmine Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti. Amen.

6. Confraternitate sic erecta, Sacerdos

delegatus prima ejus membra solemniter ad eam recipit, ritu pag. 126 descripto.

7. Quibus omnibus peractis cantari poterit **Hymnus Te Deum**, pag. 100, cum Versu et Oratione hic positis:

V. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus eum in sǽcula.

Orémus.

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitatis infinitus est thesáurus, tuæ piíssimæ majestati pro collátis nobis donis grátias ágimus: tuam semper cleméntiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas: Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

8. Si nomina recipi petentium jam antea in Album Confraternitatis ab alio inserta fuerunt, Sacerdos delegatus cuilibet paginæ nomen suum subscribat; secus, ipse saltem quædam nomina inscribat, cetera novo Rectori inscribenda relinquens.

9. Eodem die, si fieri poterit, conficiatur processus verbalis seu instrumentum peractæ erectionis.

Unum exemplar instrumenti, rite subscriptum ab iis qui in eo indicantur, asser-

vetur una cum litteris facultativis Magistri Generalis et elenco Indulgentiarum in Archivo ecclesiæ.

Alterum exemplar, item rite subscriptum, a Sacerdote delegato ad Magistrum Generalem Ordinis Prædicatorum transmittatur.

NOTA. Ea quæ, in Rubrica «Præprimis» et subinde numeris 3, 5, 8 et 9 statuntur, accuratius observentur.

RITUS RECIPIENDI SOLEMNITER
IN CONFRATERNITATEM SS. ROSARII¹

Qui recipiendi sunt solemniter habeant Rosarium ac cereum, et versus altare sacratissimi Rosarii accedentes, genua flectant. Sacerdos vero indutus stola albi coloris, verso vultu ad recipientes, dicat:

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

¹ Etsi quovis tempore nomina possint legitime inscribi, optandum tamen ut solemniter illa receptio, quæ, sive primis cujusque mensis dominicis, sive in festis majoribus Deiparæ haberi solet, apprime servetur (Leo XIII, Const. *Ubi primum*, n. 12).

Orémus.

Omnípotens sempiterne Deus, qui per mortem Unigéni tui mundum collapsum restaurare dignatus es, ut nos a morte æterna liberares, et ad gáudia regni cælestis perdúceres: respice, quæsumus, super hos fámulos tuos, qui inter filios et confrátres Societatis beatissimæ Vírginis sacratissimi Rosárii connumerari desiderant, et per mérita ejúsdem Genitricis Dei effunde super illos benedictiōnem tuam, quátenus benedicti sic in hoc sǽculo vivant, ut inter oves déxteræ tuæ in perpetuum collocari mereantur. Per Christum Dóminum nostrum. R]. Amen.

Si Cerei vel Rosaria nondum fuerint benedicta, tunc benedicantur. (Vide pp. 8 et 11). Deinde subjungit Sacerdos:

Auctoritaté, qua fungor, et mihi a Reverendissimo Patre Magistro Generali Ordinis Prædicatórum trádita, ego admítto vos ad Confraternitatem sanctissimi Rosárii, et recipio ad participatiōnem Indulgentiárum ejus, quæ per sanctam Sedem Apostólicam concéssæ fuérunt: item partícipes vos fácio ómnium bonorum spirituálium totius sacri Ordinis Fratrum Prædicatórum, et ómnium aliórum bonorum spirituálium, et óperum, quæ passim, cooperante Dei grátia, a Frátribus et Soróri-

bus Societatis sanctissimi Rosarii per universum mundum peraguntur. In nomine Patris, et Filii,  et Spiritus Sancti.

R). Amen.

Aspergantur recepti aqua benedicta: quo facto, Sacerdos tradat singulorum manibus Rosarium benedictum, dicens:

Accipite signum Dei viventis, ab ipsa sanctissima Virgine sic nuncupatum, ut sit vobis in pignus et medium ad vitam æternam promerendam. R). Amen.

Deinde singulis osculandam porrigat extremitatem stolæ, vel sui scapularis, et versus ad altare, dicat:

¶. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R). Qui fecit cælum et terram.

Receptorum nomina scribantur in libro ad hoc deputato.

Si hæc novorum Sodalium cooptatio una cum solemnni Confraternitatis sacrissimi Rosarii erectione facta fuerit, ipsis ut supra receptis, præstentur ea quæ sub numeris 6 et sequentibus, pagina 124 et pagina 125 notata sunt.

RITUS RECIPIENDI SOLEMNITER
AD QUAMCUMQUE CONFRATERNITATEM

Genuflexis, qui recipiendi sunt, cereumque accensum deferentibus, Sacerdos rite

delegatus, superpelliceo vel capa Ordinis stolaque indutus, ante altare dicat Hymnum Veni, Creātor cum Versus Emittit Spíritum, et Oratione Deus, qui corda, ut pag. 93.

Deinde conversus ad recipiendos, dicat:

Auctoritatē mihi concéssa ego vos recipio et adscribo Confraternitati Sanctissimi Nominis Jesu (*vel* Sanctissimi Sacramenti, *vel* Militiæ Angelicæ) vosque partícipes fácio ómnium gratiarum, Indulgentiárum, privilegiórum, bonorúmque spirituálium ejúsdem Confraternitatis. In nomine Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti.

R). Amen.

Deinde dici poterit Hymnus Te Deum, pag. 100 *cum* ♀. Benedicámus Patrem, *et* Oratione Deus, cuius misericordiæ non est númerus, pag. 102.

—
RITUS RECIPIENDI SOLEMNITER
AD CONFRATERNITATEM B. IMELDÆ

Genuflexo illo vel illa qui recipi debet, Sacerdos benedit numisma, quod est Societatis signum distinctivum, per hanc Orationem :

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imágines sculpi aut pingi non réprobas, ut quóties illas óculis

cóporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum ánimæ óculis meditémur, hanc, quæsumus, imáginem in honórem et memóriam Unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi et beátæ Iméldæ adaptátam bene dícere et sancti ficáre dignérис, et præsta, ut quicúmque coram illa Unigénitum Fílium tuum et beátam Iméldam supplíciter cólere et honoráre studúerit, illius méritis et obténtu a Te grátiā in præsénti et ætérnā glóriā obtíneat in futúrum. Per Christum Dóminum nostrum. R). Amen.

Postea numisma aspergat aqua benedicta et osculandum tradat Sodali, ejusque manibus consignet, dicens :

Accipe hoc numísma benedictum; et ego vigóre facultátum mihi commissárum admítto te in Confraternité Bonæ Primæ Communiónis et Perseverántiæ, cum participatióne ómnium gratiárum spirituálium eidem concessárum.

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. R). Amen.

Deinde ei consignet folium quo de ejus inscriptione constet.

EXORCISMUS IN SATANAM ET ANGELOS APO-
STATICOS JUSSU LEONIS XIII PONT. MAX.
EDITUS

Ss̄m̄us Dominus Noster Leo Papa XIII omnibus Sacerdotibus s̄ecularibus ab Ordinario loci et omnibus Sacerdotibus Ordinis Prædicatorum a Magistro ejusdem Ordinis legitime ad id auctoritatem habentibus, qui exorcismum infra scriptum semel in die recitaverint, partialem tercentum dierum Indulgentiam singulis diebus lucrāndam: iisdem vero per totum mensem id peragentibus, confessis, ac sacra Eucharistia refectis, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam semel in mense, die eorum arbitrio designanda, pariter lucrāndam impertitus est: quam etiam animabus Christifidelium in Purgatorio detentis applicari posse declaravit.

In nōmine Patris, et Fílli, ☩ et Spíritus Sancti. Amen.

Ad S. Michaëlem Archangelum
Precatio

Princeps glorióssime cælestis militiæ, sancte Míchaél Archángèle, défende nos in prælio advérsus príncipes et potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spirituália nequitiæ, in cælestibus (Ephes. VI). Veni in auxílium

hóminum, quos Deus ad imáginem similitúdinis suæ fecit, et a tyránnide diáboli emit pretio magno (**Sap. II; I Cor. VI.**) Te custódem et patrónum sancta venerátur Ecclésia; tibi trádidit Dóminus ánimas redemptórum in supérna felicitáte locáandas. Deprecáre Deum pacis, ut cónterat Sátanam sub pédibus nostris, ne ultra váleat captívos tenére hómines, et Ecclésiæ nocére. Offer nostras preces in conspéctu Altíssimi, ut cito antícipent nos misericórdiæ Dómini, et apprehéndas dracónem, serpéntem antiquum, qui est diábolus et Sátanas, ac ligátum mittas in abýssum, ut non sedúcat ámplius gentes (**Apoc. XX.**)

Exorcismus

In nómine Jesu Christi Dei et Dómini nostri, intercedénte Immaculáta Vírgine Dei Genitríce María, beáto Michaële Archángelo, beátis Apóstolis Petro et Paulo et ómnibus Sanctis, et sacra ministérii nostri auctoritaté confísi, ad infestatiónes diábolicæ fraudis repelléndas secúri aggrédimur.

Psalmus 67

Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus, * et fúgiant qui odérunt eum, a fácie ejus. **Sicut** déficit fumus, defícient: * sicut

fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei.

V. Ecce Crucem Dómini, fúgite partes adverſæ.

R. Vicit Leo de tribu Juda, radix David.

V. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

R. Quemádmodum sperávimus in te.

Exorcizámus te, omnis immúnde spíritus, omnis satánica potéſtas, omnis incúrſio infernális adverſárii, omnis légio, omnis congregátio et ſecta diabólica, in nómine et virtúte Dómini nostri Jesu Christi, eradicáre et effugáre a Dei Ecclésia, ab animábus ad imáginem Dei cónditis ac pretiósō divíni Agni sanguine redémptis ☩. Non ultra áudeas, ſerpens callidíſſime, decípere humánum genus, Dei Ecclésiam pérsequi, ac Dei eléctos excútere et cribráre ſicut tríticum ☩. Imperat tibi Deus altíſſimus ☩, cui in magna tua supérbia te símilem habéri adhuc præſumis, qui omnes hómines vult ſalvos fíeri, et ad agnitionem veritatis veníre (**I Tim. II**). Imperat tibi Deus Pater ☩, ímparat tibi Deus Fílius ☩, ímparat tibi Deus Spíritus Sanctus ☩. Imperat tibi Christus, aetérnum Dei Verbum caro factum ☩, qui pro ſalúte géneris nostri tua invídia pérdiſti, humiliávit ſemetípſum fa-

ctus obédiens usque ad mortem (*Phil. II*); qui Ecclésiam suam ædificávit supra fir-mam petram, et portas íferi advérsus eam nunquam esse prævalitúras edíxit, cum ea ipse permansúrus ómnibus diébus usque ad consummatiōnem sǽculi (*Matth. XVIII, 20*). Imperat tibi sacraméntum Crucis ☧, omniúmque christiánæ fídei Mysteriórum virtus ☧. Imperat tibi excélsa Dei Génitrix Virgo María ☧, quæ superbíssimum caput tuum a primo instánti immaculátæ suæ conceptionis in sua humili-táte contrívit. Imperat tibi fides sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et ceterórum Apostolórum ☧. Imperat tibi Mártýrum sanguis, ac pia Sanctórum et Sanctárum ómnium intercéssio ☧.

Erго, draco maledícte et omnis légio dia-bólica, adjurámus te per Deum ☧ vi-vum, per Deum ☧ verum, per Deum ☧ sanctum, per Deum qui sic... diléxit mun-dum, ut Fílium suum unigénitum daret, ut omnis qui credit in eum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam (*Joann. III*): cessa decípere humánas creatúras, eísque ætérnæ perditiónis venénum propináre: désine Ecclésiæ nocére, et ejus libertáti láqueos injícere. Vade, Sátana, invéntor et magíster omnis falláciæ, hostis humánæ salútis. Da locum Christo, in quo nihil invenísti

de opéribus tuis; da locum Ecclésiæ uni,
sanctæ, cathólicæ, et Apostólicæ, quam
Christus ipse acquisívit sanguine suo. Hu-
miliare sub poténti manu Dei; contremísce
et éffuge, invocáto a nobis sancto et ter-
ríbili nómíne JESU, quem ínferi tremunt,
cui Virtútes cælórum, et Potestátes et Do-
minatiónes subjécta sunt; quam Chérubim
et Séraphim indeféssis vócibus laudant, di-
céntes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dómi-
nus Deus Sábaoth.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus cæli, Deus terræ, Deus Angeló-
rum, Deus Archangelórum, Deus Pa-
triarchárum, Deus Prophetárum, Deus
Apostolórum, Deus Mártyrum, Deus Con-
fessórum, Deus Vírginum, Deus, qui po-
testátem habes donáre vitam post mortem,
réquiem post labórem; quia non est Deus
præter te, nec esse potest nisi tu créator
ómnium visibílium et invisibílium, cuius
regni non erit finis: humíliter majestáti
glóriæ tuæ supplicámus, ut ab omni infer-
nálium spirítuum potestáte, láqueo, dece-
ptióne et nequítia nos poténter liberáre,

et incólumes custodíre dignérис. Per Christum Dóminum nostrum. R). Amen.

Ab insídiis diáboli, líbera nos, Dómine.

Ut Ecclésiam tuam secúra tibi fáciás libertáte servíre: Te rogámus, audi nos.

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignérис: Te rogámus, audi nos.

Et aspergatur locus aqua benedicta.

PRECES DICENDÆ
IN VISITATIONE CANONICA¹

Visitator, cum primum pervenerit ad Conventum, accepta benedictione ad januam Ecclesiæ, Priore eidem aspersorium porrigente, et facta brevi oratione ad altare Sanctissimi Sacramenti, convocari faciat Fratres ad Capitulum, ibique, si fuerit delegatus, legi suas litteras, ut innotescat omnibus ejus auctoritas. Inde, expositis succinctæ quæ a Fratribus intendit audire ac facto viva voce præcepto formali ut Fratres sibi dicant quæ dicere tenentur, vadat ad sepulturas, ubi, dicto cum Fratribus Psalmo De profúndis, etc., Kýrie, éléison, etc., Pater noster, etc., subjungat:

R). Et ne nos indúcas in tentatióne.

R). Sed líbera nos a malo.

R). A porta ínferi.

R). Erue, Dómine, ánimas eórum.

¹ Cfr. Const. O. P., n. 537.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, áimas famulorum famularúmque tuárum ab omni vínculo delictórum; ut in resurrectiōnis glória inter Sanctos et Eléctos tuos resuscitáti respírent. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Ubi non sunt sepulturæ, recitentur nihilo minus preces supradictæ.

His peractis, statim vel tempore sibi beneviso, visitat Ecclesiam, incipiendo a Ssñia Eucharistia, vel a Sacristia, dummodo sacras Species, altaria, imagines, sacras Reliquias, Olea sacra, sedes confessionales, vasa, paramenta et ornamenta sacra, regesta Confraternitatum et Missarum, missalia aliosque libros liturgicos, et horum omnium inventaria ac cætera quæ ad Dei cultum spectant, attente inspiciat ut, antequam discedat, quid approbandum, quid providendum, quidve reformatum aut interdicendum sit, sciat atque decernat.

Item in visitatione Conventus vel Domus ea omnia inspiciat ac decernat quæ ad bonum regimen et rectam administrationem conferunt, sublatis quibuslibet defectibus, abusibus et irregularitatibus tam circa res quam personas.

Tandem in fine Visitationis discessurus, si voluerit adhuc pro Defunctis orare, post Psalmum 129 De profündis ac versiculos ut supra, dicat orationem sequentem:

Orémus.

Deus, cuius miseratióne ánimæ Fidélium requiéscunt, fámulis et famulábus tuis ómnibus hic et ubique in Christo quiescén-tibus da propítius véniam peccatórum, ut a cunctis reátibus absolúti tecum sine fine läténtur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R]. Amen.

METHODUS

indictionis præmittendæ pontificiæ Benedic-tionи statutis diebus super populum elargiendæ, ritusque in ea servandus a Regularibus, quibus a Sancta Sede hujusmodi facultas indulta est, vel indulgebitur.

Admoneatur populus de Indulgencia a Sede Apostolica concessa, de præceptis operibus pro ea lucrifienda, de die, quo visitanda est designata ecclesia, de hora denique, qua dabitur pontifica Benedictio. De quibus, quatenus opus sit, etiam sche-dis impressis, et consuetis locis palam affixis, certior fiat.

Postquam statutis die et hora populus ad ecclesiam convenerit, alta voce legan-

tur Apostolicæ Litteræ, seu Decreta, quibus Indulgentia conceditur, una cum potestate Benedictionem Apostolicam super populum effundendi, ut de delegatione audiētibus constet; et concessio ex latino sermone in vulgarem accommodatum ad populi intelligentiam conversa pronuntietur: populus ad suorum scelerum detestationem pio breve sermone excitetur; post quæ Sacerdos, nullis circumstantibus ministris, stola et superpelliceo indutus (ut in Rituali Romano præscribitur, cum agitur de Benedictionibus, quæ extra Missam Presbyteris permittuntur), ante altare genuflexus, sequentibus verbis Dei opem imploret.

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dōmine.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dōmine, exaudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dōminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Deinde stans sequentem recitet Oratiōnem.

Orémus.

*O*mnipotens et misericors Deus, da nobis auxilium de sancto, et vota populi hujus in humilitate cordis veniam peccatorum poscentis, tuamque benedictionem præsto-

lántis et grátiam, cleménter exáudi : déxteram tuam super eum benígnus exténde, ac plenitúdinem divínæ benedictiónis effúnde, qua bonis ómnibus cumulátus, felicitátem et vitam consequátur ætérnam. Per Chri-stum Dóminum nostrum. R) Amen.

Postea ad cornu Epistolæ accedat, et non trino sed unico crucis signo benedicat proferens alta voce hæc verba :

Benedícat vos Omnípotens Deus: Pa-
ter, et Fílius, ☩ et Spíritus Sanctus.

R). Amen.

Sic præcipitur in epistola encyclica Be-nedicti XIV ad PP. Generales Ordinum Regularium, Romæ apud S. Maria Majorem die 19 Martii 1748, Pontificatus sui anno VIII.

RITUS ET FORMULA BENEDICTIONIS APOSTO-LICÆ IN FINE CONCIONUM POPULO IMPER-TIENDÆ¹

Sacerdos, cui ex privilegio Ordinis vel ex particulari concessione potestas fit be-

¹ Religiosi Ordinis nostri possunt hanc benedictio-nem impertiri in postrema concione Missionum vel spiritualium Exercitiorum quæ ad populum habuerint juxta privilegium et indultum Ordinis concessum, ut videri potest in Summario a S. C. Indulgentiis sacris-que Reliquiis præposita die 9 Septembris 1908 appro-bato, art. II, n. 4 (Cfr. *Analecta Ord. Præd.*, vol. VIII, II Ser. II, pag. 659).

nedictionem cum Indulgentiæ Plenariæ favore populo impertiendi, eam in postrema concione per unicum signum Crucis cum Crucifixo impertire debet, adhibita formula:
Benedictio Dei Omnipoténtis, Patris, et Filii, ☩ et Spíritus Sancti descéndat super vos, et máneat semper. **R.** Amen.
(S. R. C., 11 Maji 1911).

ABSOLUTIONES SACRAMENTALES

Formula Absolutionis observanda
communiter in Confessione Sacramentali
Si tenéris áliquo vínculo excommunicatiónis (suspensiónis) et interdícti, a quo possim te absólvere: EGO ABSÓLVO TE, et restítuo te sanctis Sacraméntis Ecclésiæ, communióni, et unitáti fidélium. In nómine Patris, et Filii, ☩ et Spíritus Sancti. Amen.

Misereátur tui omnípotens Deus, et dímittat tibi ómnia peccáta tua: líberet te ab omni malo, salvet, et confírmet in omni ópere bono, et perdúcat te ad vitam ætérnam. Amen.

Dóminus noster Jesus Christus, Fílius Dei vivi, per suam piíssimam misericórdiam te absólvat, et auctoritéte ípsius, qua fungor, EGO ABSÓLVO TE ab ómnibus peccátis tuis, ut sis absolútus hic, et ante tribúnal ejúsdem Dómini nostri Jesu Chri-

sti, habeásque vitam ætérnam, et vivas in sæcula sæculórum. In nómine Patris, ☩ et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, et mérita beátæ Maríæ semper Vírginis, et beáti Domínici Patris nostro, et ómnium Sanctórum, et quidquid boni féceris et inténdis fácere, aut mala, quæ sústines et sustinébis, sint tibi in remissióne peccatórum, in augmémentum grátiæ, et præmium vitæ ætérnæ. In nómine Patris, ☩ et Fílii, ☩ et Spíritus ☩ Sancti. Amen.

IN RECONCILIATIONE
ET IN CASU MORTIS REPENTINÆ
VEL ALIAS IMMINENTIS

Si tenéris áliquo vínculo excommunicatiónis (suspensiónis) et interdícti, a quo possim te absólvere: EGO ABSÓLVO TE. In nómine Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti. Amen.

Item EGO ABSÓLVO TE ab ómnibus pecátiis tuis. In nómine Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti. Amen.

TEMPORE JUBILÆI
AUT SIMILIUM GRATIARUM

Si tenéris áliquo vínculo (*vel* alíquibus vínculis) excommunicatiónis, (suspensiónis) et interdícti, a quo (*vel* a quibus)

ego possim te absolvere: auctoritáte mihi commissa, et tibi concéssa a sanctissimo Dómino nostro Papa (*vel ab N.*) EGO ABSÓLVO TE, et restítuo te sanctis Sacraméntis Ecclésiæ, communióni, et unitáti fidélium. In nōmine Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti. **R.** Amen.

Misereátur tui, etc., Dóminus noster Jesus Christus, etc., ut supra.

Si de excommunicatione confessarius sit certus, et facultatem super ea habuerit, post præmittenda, dicat sic:

EGO ABSÓLVO TE a vínculo excommunicationis quam incurrísti propter talem, vel talem causam, etc.

Deinde a peccatis absolvat, ut supra.

DE ABSOLUTIONE AB EXCOMMUNICACIÓN IN FORO EXTERIORI¹

Sacerdos, cui a Superiore facta fuerit potestas absolvendi ab excommunicationis sententia in forma Ecclesiæ consueta, injunctis injungendis, hunc absolvendi ritum observabit.

Poenitentem coram se utroque genu flexo, in humero, (si vir fuerit) usque ad camisiam exclusive denudato, virga aut funiculis sedens leviter percutit, dicendo to-

¹ Ex *Rit. Rom.*, tit. III, cap. 3.

tum Psalmum 50 Miserére, cum Glória Patri.

Deinde surgit et aperto capite dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster.

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvum (-am) fac servum tuum (**vel** ancíllam tuam), Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

V. Nihil profíciat inimícus in eo (**vel** in ea).

R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

V. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere, súscipe deprecationem nostram, ut hunc fámulum tuum, quem (hanc fámulam tuam, quam) excommunicatióne senténtia constríngit, miserátio tuæ pietatis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. **R**. Amen.

Mox sedet, et cooperto capite, dicit :

Dóminus noster Jesus Christus te absól-
vat: et ego auctoritáte ipsíus, et Sanctíssimi Dómini nostri Papæ (vel Reveren-
dissimi Epíscopi N., vel talis Superióris)
mihi commíssa, absólvo te a vínculo ex-
communicatiónis, in quam incurrísti (vel
incurrísse declarátus [-a] es) propter tale
factum (vel talem causam, etc.); et restí-
tuo te communióni et unitáti fidélium, et
sanctis Sacraméntis Ecclésiæ, in nómine
Patris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti.

Si vero nulla sit a Superiore præscripta
forma, et res non fuerit adeo gravis, absolvere
poterit, dicens :

Dóminus noster Jesus Christus te absól-
vat: et ego auctoritáte ipsíus, et Sanctíssimi Dómini nostri Papæ (vel Reveren-
dissimi Epíscopi N., vel talis Superióris)
mihi concéssa, absólvo te a vínculo excom-
municatiónis, in quam incurrísti (vel in-
currísse declarátus [-a] es) propter tale fa-
ctum (vel talem causam, etc.); et restítuo
te communióni et unitáti fidélium, et san-
ctis Sacraméntis Ecclésiæ, in nómine Pa-
tris, et Fílii, ☩ et Spíritus Sancti.

FINIS

IMPRIMATUR:

† Fr. ALFONSUS C. DE ROMANIS, Ep. Porphyreonen.
Vic. Gen. Civitatis Vaticanae.

INDEX

	PAG.
Modus benedicendi aquam	5
Benedictio Rosariorum	8
Benedictio Rosarum	10
Benedictio Candelarum Societ. SS. Rosarii.	11
Benedictio Candelarum extra festum Purifica- tionis	12
Benedictio Aquæ in Vig. Festi S. P. N. Dominici.	12
Benedictio Aquæ cum Reliquiis S. Petri M. O. P.	15
Benedictio Olivarum in festo S. Petri M. O. P.	17
Benedictio Palmarum, vel aliorum ramorum in eodem festo	18
Benedictio Cingulorum vel Numismatum sancti Thomæ Aquinatis	19
Benedictio Orationum S. Vincentii Ferrerii	20
Benedictio Agrorum etc., cum invocatione S. Vin- centii Ferrerii	20
Benedictio Aquæ S. Vincentii Ferrerii pro infir- mis	28
Oratio contra terræmotus et fulmina	31
Benedictio contra mures, locustas, etc.	32
Benedictio Animalium in festo S. Antonii Abba- tis, et alio tempore	34
Benedictio Loci, vel domus	35
Benedictio Domus novæ	36
Benedictio Domorum in sabbato S. Paschæ	37

	PAG.
Benedictio Domorum alio tempore	38
Benedictio Thalami	40
Benedictio Agni in Pascha	40
Benedictio aliarum carnium.	42
Benedictio Ovorum	42
Benedictio Panis	43
Benedictio novorum fructum	44
Benedictio ad quæcumque comestibilia	44
Benedictio Olei simplicis	45
Benedictio Putei	47
Benedictio Incensi.	47
Benedictio ad quæcumque volueris	48
Benedictio ad omnia	48
Benedictio Primarii lapidis ædificii	49
Benedictio Vestium et cinguli quæ deferuntur in honorem B. M. V.	50
Benedictio Candelarum in festo S. Blasii Ep. et Mart.	51
Benedictio Linteaminum pro infirmis	53
Benedictio Animalium gravi infirmitate laboran- tium.	53
Benedictio a prælato danda prædicatori ante con- cionem	54
Benedictio Vestimentorum fratrum et sororum Ordinis nostri	54
Benedictio Veli	55
Benedictio Mulieris post partum	56
Benedictio Vestimentorum sacerdotalium in ge- nere	59
Benedictio Mapparum, seu tobalearum altaris	61
Benedictio Corporalis et Pallæ	62

	PAG.
Benedictio Tabernaculi seu vasculi pro Sanctissima Eucharistia conservanda	63
Benedictio Ostensorii pro SS. Sacramento expounding	64
Benedictio Iconis	64
Benedictio Imaginum Jesu Christi D. N., B. V. M. et aliorum Sanctorum.	65
Benedictio novae Crucis	66
Orationes in visitatione infirmorum	68
Alia brevior Oratio de S. Vincentio Ferrerio pro infirmis.	73
Benedictio Apostolica in articulo mortis	79
Formula absolutionis generalis pro Regularibus.	83
Formula absolutionis ante electionem canonicam, etc., fratribus impertiendæ	87
Formula absolutionis ante electionem canonicam, etc., sororibus impertiendæ	89
Forma brevior servanda pro vestitione, et professione Tertii Ordinis	90
Formula absolutionis generalis et Benedictionis Papalis pro Tertiariis O. N.	107
Ritus induendi puerum ex devotione vel voto habitu O. N.	113
Ordo ad exuendum puerum, etc.	116
Benedictio Infantis	118
Benedictio Puerorum	119
Modus erigendi Confraternitatem sanctissimi Rosarii	123
Ritus recipiendi solemniter in Confraternitatem sanctissimi Rosarii	126
Ritus recipiendi solemniter ad quamcumque Confraternitatem	128

	PAG.
Ritus recipiendi solemniter ad Confraternitatem	129
B. Imeldæ	129
Exorcismus in Satanam	131
Preces dicendæ in Visitatione Canonica	136
Methodus inductionis præmittendæ Benedictioni	
Pontificali	138
Ritus et formula Benedictionis Apostolicæ in fine	
Concionum	140
Absolutio Sacramentalis in communione	141
Absolutio Sacramentalis in casu mortis repentinæ	142
Absolutio Sacramentalis tempore Jubilæi	142
Absolutio ab Excommunicatione in foro exteriori	143
<i>Postea excommunicatio ab eo absolvitur</i>	
Benedictio Canonica	145
<i>Postea canonica benedictio ab eo absolvitur</i>	
<i>Postea priori exercitaria pro veritate, et pro</i>	
<i>missione</i>	146
<i>Postea speciale benedictio ab eo absolvitur</i>	
Paschæ pro TESTAMENTO	147
<i>Postea indebet benedictio ex devozione vel votu per</i>	
<i>expeditum</i>	148
<i>Postea indebet benedictio ex voluntate etiam si</i>	
<i>modo</i>	149
<i>Postea indebet benedictio ex voluntate etiam si</i>	
<i>modo</i>	150
<i>Postea indebet benedictio ex voluntate etiam si</i>	
<i>modo</i>	151
<i>Postea indebet benedictio ex voluntate etiam si</i>	
<i>modo</i>	152
<i>Postea indebet benedictio ex voluntate etiam si</i>	
<i>modo</i>	153
Ritus recipiendi solemniter in Confraternitatem	
<i>Postmodum Rosæ</i>	154
Ritus recipiendi solemniter in Confraternitatem	
<i>Postmodum Rosæ</i>	155



LAUS CHRISTO
REGI GLORIÆ